Bajazetes Ottomanus Imper. Turcicus, veneno extinctus à
A filio Selimo, ab Ammone Medico Judęo, ſepultus Conſtantinopoli, vixit annos 76. Ergo mortuus eſt anno 77
Panvinius.

Solimanus Turcarum Imperator periit morbo in expugnatione Sigethi, annum agens 76. tantùm per aliquot menſes abfuit ad 77. alii ſcribunt eum vixiſſe annos 76. Ergo periit annum agens 77. die 4. Septemb. Inter feliciſſimos Imperatores Turcicos numeratur, qui Rhodum vicit, Budam ſedem Regum quondam Ungarię, cum maxima parte ejus regni in poteſtatem ſuam redegit, nonnulli illum tantum vixiſſe volunt annos 67.

Christiernus II. trium Borealium Regnorum quondam Rex, nempè Danię, Suecię, ac Noruvegię, & Caroli V. affinis, in captivitate, in qua per ann. 27. detinebatur, propter tyrannidem, quam exercuit erga nobiles ſubditos, ab anno 77 quem aliquot menſibus exceſſerat die 25. Januar. anno 1559.

Petrus Bembus Cardinal. Venetus, ut vir Doctiſſimus, & eloquentiſſ. ſcripſit Venetam hiſtoriam, & epiſtolas nomine Leon. X. obiit 18. Jan. ann. ætatis 77
Anno Chriſti 1547.

B Antonius Nebriſſenſis Hiſpanus, pro antiquis grammaticis quem oppreſſit repentina paralyſis, cùm perveniſſet ad annum ætatis 77
Jovius.

Albertus Marchio Brandenbugenſis Dux I. Boruſſiæ ex magiſtro Ordin. Teutonici factus Dux, mortuus 77. quem paucis menſibus exceſſit.

M. Hulderıcus Martinus, Præpoſitus Monaſterienſis mortuus anno ætatis 77

Jovianus Pontanus, vir ad omne genus eloquentiæ natus, vixit ann. 77. mortuus menſe Auguſto. *Jovius.*

Stanislaus Hoſius Polonus, S. R. E. Presbyt. Card. Varmienſis Epiſcopus, Maior Pœnitentiarius, Legat. Rom. Pontificis, & Præſes in Concil. Trident. in Domino obdormivit ann. Salut. 1579. ætatis ſuæ 67. Ergo 10. annis abfuit, ab anno 77
M. Joan. Creſſelius.

Nicolaus Ranzovius, qui in bello, quod Chriſtiernus Daniæ Rex cum Lubecenſibus geſſit, tribunus militum fuit, & cum duabus cohortibus ſub Martino Roſsemio in Galliam ſe contulit. Deinde præfectus Arcis Peinnienſis, quæ eſt Adolphi Holſaciæ Ducis in ducatu Brunſuvicenſi factus, poſteà ætate
C ingraveſcent negotiis ſe ſubduxit, & Lubecæ domum coemit, ibique annum agens 77. eſt mortuus 31. Auguſti, ſepultuſque ibidem in Eccleſia Cathedrali, in monumento Ranzoviorum, quod Henricus Ranzovius filio Theodoro extrui curaverat.

Hi anno 70. *hebdomatico* 10. *perierunt.*

De quo *Regius Propheta*, dies annorum noſtrorum, anni 70. Et *Philo ait*, quod illo tempore vitæ finis ſit optimus, integris etiamnum inſtrumentis ſenſuum.

Et Captivitas Babylonica duravit annos 70. 4. *Reg.* 25.

Prætor hæc Aſtrologi dicunt, annos Solis medios eſſe 69. cum dimidio, qui eſt annus 70. nondum completus, quem dat Sol bene collocatus in hora alicujus naſcentis.

Thales Mileſius ex 7. ſapientibus Græciæ mortuus eſt, cùm certamen Gymnicum ſpectaret, æſtu ſcil. & ſiti, & infirmitate fatigatus anno 70.

Quanquam Laertius eum nonagenarium deceſſiſſe ſcribit; prædixit Eclipſim ſolis ſub Cyaxare. *Herodotus.*

Pittacus Mitylænus ex ſeptem ſapientibus Græciæ ann. 70. Cujus eſt dictum, Modum omnium rerum eſſe optimum.

Cleobulus Lydius inter 7. ſapientes Græciæ anno 70

D Hi ſeptem ſapientes tempore captivitatis Babylonicæ uſque ad Crœſi ætatem floruerunt.

Socrates ab Athenienſibus damnatus cicutam bibit, auctore Diodoro Siculo, anno 70

Cyrus I. Rex Perſarum, qui Crœſum vicit, eique pepercit, cùm dictum Solonis ei in rogo recitaſſet: Neminem ante finem beatum eſſe judicandum, obiit, *in lib. de Diuin.* ſcribit *Cicero*, an. ætat. 70

David Rex, & Propheta mortuus eſt an. ætat. 70. 3. *Reg.* 2. quem finem vitæ noſtræ conſtituit, qui anno Climacterico 63. à filio Abſalone regno ejectus, regnavit annos 40. 2. *Reg.* 5. anno Climacterico ſuo 49. ob commiſſum adulterium à Nathan ad pœnitentiam perductus. Obiit 4. Calend. Januar. ut *B. Hieronym.* reperit *in archiviis Judæorum.*

Philopœmenes Dux Achæorum, à Dinocrate veneno interfectus anno 70 E
Ennius Poeta mortuus eſt anno 70
Cicero.

Cajus Marius, qui Jugurtham captum ante currum triumphalem egit, Teutones in Gallia apud aquas Sextias, Cimbros in Italia in campo Claudio vicit, & cum Sulpitia rogatione provinciam Syllæ eriperet armis, ab eo victus, & captus, ſed liber factus in Africam trajecit, ab exilio revocatus à Cinna in urbem introductus, cùm ſeptimum conſul factus eſſet pluribus cædibus patratis, Idibus Januar. anno ætat.

Mortuus eſt, cùm metu adventantis Sillæ in pleuritidem incidiſſet, quam phreneſis comitata fuerat, Floro referente: Alii ſcribunt, eum mortuum eſſe anno Enneatico 72. ſeptimo die ſui ſeptimi conſulatus.

Herodes Aſcalonita Rex Judæorum, qui pueros Bethlehemiticos, & filium ſuum Antigonum 5. die antequam exhalaret animam, interfecit. 70
anno ſæviſſimis morbis vexatus obiit, & poſtquam regnaſſet anno 40.

Flavius Veſpaſianus Auguſtus ad imperium poſt familiam Juliorum pervenit, cùm Vitellium per ſuos viciſſet: convulſum ſuperiorum furore imperium virtute, & vigilantia reſtituit: Hieroſolymam miſſo ad eam oppugnandam cum exercitu filio vi cœpit, templum auguſtiſſimum cum urbe incendit: Romam incendio deformatam, & capitolium, ædem pacis, Claudii monumenta reparavit: natus eſt poſt Chriſti natalem anno undecimo, juxta occaſum Solis: tandem profluvio ventris ſtans moritur: ſtantem Imperatorem mori oportere exiſtimans, anno ætat. 70. teſte *Euſebio*. Alii tradunt, quod non eſt diverſum, vixiſſe annos 69. menſes 7. & die 7. *ut Dion.* F

Ælius Verus ab Hadriano Imp. adoptatus veneno tollitur, die 1. Januar. anno 70

Antonius Pius adoptatus ab Hadriano: nemini bellum intulit, ſed inferentes repreſſit, cujus dictū malle ſe unum civem ſervare, quam mille hoſtes occidere: mortuus eſt an. ætat. 70
Carion.

Q. Annius Januarius vixit anno 71. ergo mortuus eſt anno ætaris 72
Ex monumento Capuæ.

Feneſtella Cumæ periit anno ætatis 70
Euſebius

Ælius Publius Pertinax, imperavit tantum dies 85. origine gentis ſordidæ per laboris genera ad univerſa officia aſſumptus, ut fortunæ vocaretur pila. *Aurel. Victor*, crudeliter à ſuis mulitibus ſcelere Juliani interfectus, an. ætat. 70 G

Galenus medicus moritur anno ætat. 70. Auctore Antonio Fumanello. Quanquam Fulgoſius illum proſpera valetudine ſemper uſum, & ætatem uſque ad annum Climactericum 140. perduxiſſe ſcribit.

Hilarius Abbas, ſive Eremita; vixit ann. 70. Ut ex ejus precibus, quas in agone mortis fecit, conſtat. Egredere, anima mea, quid times? egredere, quid dubitas? Septuaginta propè annos ſerviviſti Chriſto, & mortem times? alii ſcribunt illum 80. aſſecutum fuiſſe.

Ludovicus Germanicus, Ludovici Pii filius, nepos Caroli Magni Francoforti obiit, an. ætat. 79
Anno Chriſti 576. 28. Auguſti,

Origenes Theologus acutus, mortuus Tyri 70. atque ibidem ſepultus. *Euſebius.*

Bogerius Normannus, Comes Calabriæ, ac Siciliæ, qui Saracenos ejecit ex Sicilia, & ibidem poſteris regnum conſtituit, obiit 70. Anno 1101. menſe Julio, cujus Symbolum fuit.

Appulus, & Calaber, Siculus mihi ſervit, & Afer. H

Otto Epiſcop. Bambergenſis, Comes de Andeſcho, qui Pomeraniam ad fidem Chriſti convertit, moritur Ann. Dom. 1139. ætatis 70
Trithem. ult. die Septembr. *Surius.*

Conſtantinus IX. Imp. Occidentalis, an. Dom. 1028. 9
Decemb. cùm ferè attigiſſet annum ætat. 70

Eduardus I. Rex Angliæ 70

Conſtantinus X. filius Romani, obiit Conſtantinopoli circa Cal. Septemb. Vixit aliquot menſes, & annos 70
Panvinius.

S. Birgitta ex Svecia, mortua Romæ, ſepulta in monaſterio Uvaſtemia in Svecia, quæ ſcripſit revelationes 70
Æneas Sylvius.

Zoe Imperatrix Conſtantinopolitana, quanquam de-
A crepita, tamen cùm adhuc impotenti libidine arderet maritum ſibi tertium delegit, quem ab exilio reductum Imperio præfecit, ſed non diù vixit, *ut Zonar* ait, extincta anno ætatis 70

Alexius Comnenus Conſtantinopolitanus, Iſaaci filius, diuturno, & gravi morbo fractus periit, an. ætat. 70. cùm imperaſſet ann. 37. menſes 4. cum dimidio, 18. Cal. Sept.

Basilius Conſtantinus, ætatis anno 70. in Decemb.

Adolphus III. Comes Holſatiæ, Stormariæ, ac Schavemburgenſium, obiit annum excedens 79. Mindæ ſepultus.

Fridericus Barbaroſſà, periit anno Dom. 1190. 4. Idus Junii Imperii 38. ætatis ſuæ. 70

Henricus Panthaleon, in hiſtoria Ordin. Johannitarum. Cùm Saphadinum Saladini filium viciſſet, & illum perſequeretur, in flumine Saro, lapſus ab equo, cujus ſtapedi inhæſit, & quamvis equus natando evaſit, Imperator tamen inde miſero aſpectu, & aqua impletus, vix in terram ab equo perductus ſpiritum, ſe Deo commendans, emiſit ſummo cum Chriſtianę Reipub. incommodo.

Andronicus Palęologus Imperator, qui extremam ſene-
B ctutem difficilem habuit, exagitatus inſidiis filiorum attigit annum 70

Petrus Mocenigus Dux 69. Venetorum, qui Caramanię Reges contra Ottomanos reſtituit, Schodram obſidione liberavit, Cyprum pacavit, vixit annos 70. menſem 1. dies 20. Marcellus, obiit 15. Febr.

Philippus Audax Burgundię Dux, filiis oculos claudentibus ſeptuageſimum ingreſſus annum Deo animam reddidit, Anno Dom. 1404. *Pontus. Heuterus.*

Amurathes Turcarum Imp. qui vicit ad Vernam Bulgariæ vicum diſtantem à Conſtantinopoli 20. milliaribus Ladislaum Regem Poloniæ, ac Ungariæ, ac eum in prælio interfecit, cùm Ladislaus, juramentum datum eis juſſu Pontificis violaret, cùm anteà Ladislaus cum Amurathe decennales inducias contraxiſſet, apoplexia extinctus eſt anno regni ſui 34. æt. 70
Mich. Meander.

Xystus IV. Papa Romanus Savonenſis ex Ord. Minorum, vixit annos 70. dies 22. horas 12. Mortuus an. Dom. 1484. Ex monumento Romano.

C Sigiſmundus Imp. Caroli IV. filius, qui Conſtantienſe Concilium celebravit, *ut ait Cuſp.* ob. die 8. Decembris annum ætatis agens 70
Anno Dom. 1437. mortuus in Bohemia, ſepultus in Ungaria.

Julius II. Papa, in Vaticano palatio obiit 70. die 21. Februarii.

Nicolaus Ursinus Comes Petilianus, Dux Venetorum exercitus contra Maximilianum I. Imperatorem, ob. ętat. an. 70 ut ex monumento conſtat.

Jacobus Sadoletus Card. Philoſophus menſe. Octobri, periit ann. agens 69. ergo aliquot tantum menſes abfuit. ob. 70
Gauricus.

Matth. Curtius Ticinenſis, Medicus inſignis, ac vindex Galeni, & Hippocratis, vixit annos 70

Ex monumento Florentię à Coſmo Medice duce erecto.

Johanna mater Caroli V. ſepties ſeptem annos, hoc eſt 49. vidua permanſit, tandem morbo extincta anno 70
Zenocarus à Schovvenburg.

D Elisabeth Joannis Regis Danorum filia, conjux Joachimi I. Electoris Brandeburgenſis, mater, ac avia 70. principum, quibus maxima ex parte ſupervixit, deceſſit.

Hondorff, nonnulli ſcribunt eam deceſſiſſe 72

Marchio Fridericus de Anſpach moritur prius mente captus anno 70

Jodocus Toletanus Philoſophus, & Theologus apoplexia mortuus plus minus natus 70
Callid.

Joannes Michael Saracenus, Archiepiſcopus Materanus, urbis Gubernator, & Cardinalis obiit ætatis ſuæ 70
addita etiam eſt à Junctino illa cauſa mortis, quod Horoſcopi directio, & Saturni pervenit.

Blondus hiſtoricus celebris, & multorum Pontificum Romanorum Secretarius, moritur Romæ, anno ætatis. 70
quem aliquot menſibus ſuperavit.

Desider. Eraſmus Roterodamus Philologus & Orator, vir multæ lectionis, indefeſſi laboris, moritur Baſileæ 70. 4. Idus Jul. ann. Dom. 1536. Elogium quod imagini illius adſcribitur, his verſibus comprehenditur.

Poſt cineres vivo, doctis ego nomine Graiis,
Hiſpanis, Gallis, notus & Auſoniis. E
Eloquio per me pugnax Germania culta eſt,
Meque à Barbarie vindice tuta manet.

Opera illius, quæ numero plura argumento, & ſtilo inſignia, pleriſque locis juxta Apoſtolicæ Sedis cenſuram repurgata ab iis, quæ nimis licenter, & improvidè (quamvis temporis iſtius ignorantiæ quædam concedenda videantur) auctor inſparſerat, proditura ſunt propediem magno Reipubl. Litterariæ ornamento, quatuor Tomis, ni fallor, Pariſiis luce, & typis donanda.

Joannes Schonerus Mathematicus, mortuus ann. ætat. 70. 16. Januar.

Nicolaus Copernicus, & Mathematicus, & Aſtrologus eximius, & in illa arte Germanicus Ptolemæus, 70. 19. die Januar. Ann. Chr. 1543.

Franciscus Petrarcha, eo ipſo die, quo natus erat in orbem recurrente, obiit uno die minor ſeptuagenario, in collibus Euganeis prope Patavium, ſepultus anno Chr. 1374.

Fridericus Dux Lignicenſis

Matthias Bredenbachius, qui ſemper bonis literis incubuit, caſque fideliter perdidicit.
Panthal. Callid. F

Santes Pagninus, cujus eſt Lexicon Hebraicum, moritur Lugduni 70. fuit Theologus Ordin. Prædicatorum, Latinè, Græcè, Hebraicè, Chaldaicè, & Arabicè doctiſſimus.

Ericus Dux Brunſuvicenſis, & Luneburgenſis, relicto hærede Erico Juniore moritur, ann. Chr. 1540. ætatis 70

Doctor Gregor. Pontanus Senior, Electoris Saxoniæ Cancellarius, moritur 20. Febr. anno ætatis 70
Pantal.

Joannes Vveinman medicus in Anſpach 70

Vvilhelmus à Dietenbach, eques auratus, ex nobili familia Bernenſi 70
Panthal.

Joannes Bentivolus Bononienſium tyrannus, vixit ferè annos 70. Dignus herculè eo patriæ dominatu, niſi ingenium ejus impotentes liberi cuncta perturbantes, ad exitialem inſolentiam propuliſſent.
Jovius.

Joannes Argyropilus, Bizantius, Turcarum impetu Græcia ejectus, immodico melopeponum eſu autumnalem accerſivit febrim, & ereptus eſt anno ætatis 70 G
Jovius.

Gandolphus liber Baro in *Hohen Herolzeck*, & maximus Dux exercitus præſertim in bellis, quæ inter Maximilianum Cæſarem, & Venetos geſta ſunt: ſæpe etiam cum Turcis feliciter conflixit; obiit. anno ætatis 70
Panthal.

Tiberius Criſpus, Roman. Card. ætat. 69. obiit Romæ. Ergo per aliquot menſes abfuit ab 70

Lazarus Bonamicus ex Baſſano quondam Patavino oriundus, Poeta, Orator, & Philoſophus ſummus, moritur Patavii, Anno Chr. 1552. ætatis 70

Paulus Jovius, Epiſcop. Novocomenſis, & hiſtoriographus inſignis, mortuus Florentiæ annum agens 70. die 11. Decemb. Nam vixit ann. 69. Menſes 7. Dies 22. ut ex ejus Epitaphio conſtat.

D. Leonardus ab Eck. Juriſc. ob. ann. ætat. 70

Hermannus Siegman Tribunus Reipubl. Lubecenſis, vixit 5. dies, menſes 3. ann. 70. mortuus an. Dom. 1571. Calend. Novembris, ut monumentum ibidem in templo Mariano erectum teſtatur. H

Marſilius Ficinus Medicus Florentinus, in Caregiana ipſius villa febricula interiit, provectior ſeptuagenario.
Jovius.

Pomponius Lætus, quem ex illuſtri Sanſeverina familia natum ferunt, labente fortuna, principalis domus, animam ad literarum ſtudia convertit, ut Romæ inter præclara ejus ſæculi ingenia numeraretur. Hic, cùm gelidiſſimi vini potu ventriculi calorem oppreſſiſſet, exceſſit vita ſeptuagenarius.
Jovius.

Joannes Koeler, Protonotarius Luneburgenſis, de illa Repub. benè meritus, omnibus charus, obiit ut conſtat ex ejus monumento in templo D. Mariæ Virginis ſito, anno ætatis 70

Eratoſthenes Cyrenæus, Ariſtonis Chii, ſive Callimachi Poetæ diſcipulus, & Præfectus Bibliothecæ Ptolemæi, cùm diuturno morbo torqueretur, neque remedium inveniret, cibum ſibi ſubtraxit, & inedia ſe peremit, ann. ætat. ſuę 70
Suidas.

Hi anno 41. hebdomatico 6. obierunt.

A

Isboseth, qui & Esbaal, Saul Regis filius patre defuncto duos annos regnavit, interfectus à tribulibus ſuis, an. ætat. 42

Cornelius Gallus Poeta primus Gubernator Regni Ægyptiaci, Poſt Antonium, & Cleopatram, accuſatus ab incolis, & damnationem exilii metuens ſeipſum interemit annum agens 43. Ergo exceſſit per aliquot menſes tantùm annum 42
Dion. Euſebius.

Titus Veſpaſianus, qui Hieroſolymam, & Judaicam gentem vicit, Patrem virtutibus ſuperans, amor, & deliciæ generis humani dictus fuit: Non oportere quenquam à ſermone principis triſtem diſcedere dicere ſolitus eſt. Imperio cum patre beneficè, & liberaliter geſto, omnium luctu placidè obiit, die 13. Septembr. anno ætatis 42

Lucius Verus, natus eſt Romæ anno Chr. 129. obiit Alpini, Apoplexia correptus, anno ætatis 42

Heraclius, qui Perſas debellavit. 42

Rolandus, Sororis Caroli Magni filius, Blavii Comes, periit pugnans cum Saracenis, ann. Domini 796. in Pyrenæis montibus non ferro, ſed ſiti, anno ætatis 42

B Turpinus. Quod conſtat ex verſibus à Carolo Magno factis.

Tu patriam repetens triſti nos orbe relinquis,
Te tenet aula nitens, nos lacrymoſa dies.
Sed qui luſtra octo geris, & binos ſuper annos,
Ereptus terris, juſtus ad aſtra redis.

Joannes Albertus Rex Poloniæ.

Thmarus Comes Saxoniæ Epiſcopus IV. Mersburgenſis, obiit anno Dom. 1021. die 29. Novemb. annum agens. 42
Chronicon. Marsburgenſe.

Joannes Regimontanus, Mathematicus, Romæ obiit ætatis 42. Ergo periit annum agens 42

Quanquam *Hector Boethius* ſcribat illum obiiſſe anno 28. tamen conſtat, illum ad annum 42. perveniſſe.

Erasmus Reinholdus, qui tabulas Prutenicas edidit, & Mathematicus excellens fuit, obiit Salveldiæ in patria 19. Februar. anno ætatis. 42

Gaspar Buſchius excellens Organiſta Noribergenſis, ob. anno ætatis 42

Martinus Eiſengrenius, Theologus, cum hac inſcriptione

C Ingolſtadii ſepultus.

De te quid fiet, amice lector, cogita.

Vixit annos 42. menſes 4. dies 7. *Engardus.*

Rudolphus Agricola die 28. Octobr. anno Domini 1485. natione Friſius, Heidelbergæ ſepultus anno ætatis 42
Bucholcerus.

Hieronymus Ferrarienſis vixit annos 41. Ergo obiit anno ætatis 42. 3. Cal. Octob. ann. Dom. 1542. ut conſtat ex monumento ei Romæ erecto.

Magnus Dux Megalopolitanus Epiſcopus Suerinenſis, ob. 28. Januar. anno completo 41. id eſt anno 42

T. Lucretium Carum plerique mortuum eſſe, annum agentem ætatis 43. eodem die, quo Pub. Virgilius Maro natus eſt, & ſibi ipſi manus intuliſſe, ferunt. Non multùm igitur annum vitæ exceſſit 42

Henricus II. Galliarum Rex, Franciſci filius accedente ardente febri ad vulnus capitis, quod in nuptiis Sororis, cùm Duce Sabaudiæ, ac Pedemontano, in haſtiludio acceperat, periit ann. Dom. 1559. die 10. Auguſti annum agens 42

Adolphus Vvilhelmus de Dornberch nobilis Heſſus obiit

D die 6. Octob. anno ætatis 42

Samuel Comes de Vvaldeck, ob. anno Chr. 1570. 6. die Januar. ætatis 42

Magnus Chriſtiani III. filius Epiſcopus in Livonia in Oſel Churlandi & Vvick, mortuus eſt anno ætatis 42

Franciscus Dux Luneburg, & Brunſuvicenſis. Henrici filius, Erneſti frater periit 23. Novemb. quo die natus fuit anno Dom. 1549. ætatis ſuæ completo anno 41

Liborius de Breida, Canonicus Magdeburgenſis, ob. ann. Dom. 1569. ætatis 42

Hi anno 35. hebdomatico 5. perierunt.

Ptolæmus Philometor VI. Ægypti Rex, ob. an. ætat. 35

Conſtantinus Magnus, ſalutatur Imperator. 35
Euſebius.

Quintus Clodius Hilarius, vixit annos 3
Ex monumento Romæ. 5

Jacobus III. Rex Scotiæ interfectus à ſua nobilitate, bellum contra illum movente, anno Dom. 1488. ætatis 35 E
Buchananus.

Nonia maxima vixit annos 35. ex monumento Neapoli.

Albertus Marchio Brandenburgenſis, qui cum Carolo V. & Franciſco Rege Galliæ bella geſſit, exul periit 8. die Januar. anno ætatis 35

Christophorus Longolius I. C. diligens imitator Ciceronis, moritur Patavii, 11. Septemb. anno ætatis 35

Ejus hoc legitur apud Patavinos Epitaphium, cujus eſt auctor P. Bembus Cardinalis.

Te juvenem rapuere Deæ fatalia nentes
Stamina, cùm ſcirent, moriturum tempore nullo,
Longoli, tibi ſi tempus, ſeniumque dediſſent.

Joachimus Bocktorff nobilis Holſatus, ac in bello Suecico unius equitum alæ Dux, periit poſt longum morbum anno ætatis 35

Hieronymus Triviſanus, Epiſcopus Veronenſis, mortuus eſt in Tridentino Concilio exulceratione Hæmorrhoidum, ut ei Venetiis Junctinus prædixerat, anno ætat. 35

Theobaldus de Annibalis, fuit decapitatus, an. ætat. 35
Iunctinus.

Fridericus Dux Saxoniæ, Ducis Georgii filius, maritus menſis moritur Dreſdæ, ſepultus Miſniæ, anno ætat. 35. anno Dom. 1539. die 26. Febr. Fabrit. F

Abdelmelochus Rex Mauritaniæ, ſeu Barbariæ, ut hodie vocant, congreſſus cum Sebaſtiano Rege Portugalliæ, & fratris filio Mulejo Mahomete, cum ſuos fugere videret, furore incenſus, ac hoſtem aggredi conatus, Paralyſi tactus, amiſſa voce intra horam animam exhalavit anno ætatis 35
Freigius.

Henricus Burchgravius Miſniæ, Comes in Harteinſtein, Dominus in Paluven & Gerovv, vitam cum morte mutavit 22. Januar. cùm vixiſſet annos 35. & ſeptimanas 38. *Bruno.*

Hi anno 28. hebdomatico 4. obierunt.

Persius Flaccus Satyricus Volaterannus, Anno Chriſti 64. ſub Nerone mortuus, ætat. 28. die 24. Novembr. *Euſebius Eber.*

Lucanus Tragœdiarum ſcriptor, periit inciſa juſſu Neronis vena, quòd inter eos nominatus eſſet, qui cùm Piſone conjurarunt, anno ætatis 28 G
Crinitus in vita Lucani.

Alii, annum Enneaticum agens 27

C. Caligula Cæſar, Germanici filius, in caſtris educatus, cognomentum Caligulæ adeptus eſt, tres ſorores ſuas conſtupravit, pro Deo ſe coli voluit, imperavit annos ferè 4. & tandem 30. vulneribus interfectus eſt, anno ætat. 28. aut hos paululùm excedens die 24. Januarii. *Suet.*

Theodoricus II. filius Childeberti II. Rex Auſtriæ, & Aureliorum, cùm ad bellum Clothario Magno inferendum ſe compararet, obiit natus annos 28

Attusia Lucana Sabina, uxor Auſonii obiit, nata ann. 28

Quæ modo ſeptenos quater impletura Decembres
Liquiſti natos pignora noſtra duos.

Ludovicus VI. Landtgravius Turingię S. Eliſabethæ maritus mortuus anno ætat. 28. 10. die Septembr. cùm Brunduſii Imperatorem expectaret Fridericum, cum quo in Syriam contendere volebat. *Eber.*

Tertio anno poſt Conjux ejus mortua ęſt anno Domini 1231. 19. Novemb. ſatis calamitoſa fœmina, quæ matrem reginam Ungariæ amiſit gladii ſupplicio, virum apud exteros, filium domi veneno: ipſa præterea ab Henrico fratre mariti in exilium pulſa: Iſta tamen omnia virtute, & patientia ſuperavit. H
Eberus.

Osualdus Rex Angliæ, filius Achæ ſororis Sanctis Regis Edmundi in prœlio occubuit anno ætatis 28
Sigifridus.

Ottho II. Imperator, natus ann. Dom. 955. mortuus anno 983. 8. Decembr. ex vulnere telo venenato inflicto, aut ex veneno dato, ergo obiit anno ætat. 28. Qui Gręcos, & Saracenos Apuliæ, & Calabria ejecit, Henricum patruelem, titulum Imperii aſſumentem, dignitate privavit, ſed cum Lothario Rege Francię infeliciter dimicavit, captus à Saracenis, beneficio Gręcę linguę, quam calluit, evaſit. Recollectis deinde copiis, Saracenos hoſtiliter aggreſſus, planè delevit, unde pallida mors Saracenorum appellatus eſt.

Ottho

Otho III. Imp. periit veneno à Creſcentii uxore dato,

A ann. Dom. 1002. 28. Januar. Anno ætatis ſuæ completo 28. Imperator ſapientiſſimus fuit, qui formam eligendi Imperatorem per electores primus inſtituit. Creſcentium Conſulem Romanum ſuſpendi curavit, uxorem Mariam ob adulterium vivam comburi juſſit. Inteſtina ejus Auguſtæ condita, reliquum corpus Aquiſgrani ſepultum.

Philibertus Challonius, Aurantii Princeps, prorex Neapolitanus Caroli V. periit in obſidione urbis Florentinæ bombarda trajectus anno ætatis 28
Pontus Heuterus.

Magdalena Rantzovia, Henrici ſoror, immatura morte obiit ex partu, an. Dom. 1557. die 30. Julii, hora 8. ante meridiem annos nata. 28
menſes 7. ac dies plus minus 14. Saturnus, & Mars fuerunt nativitatis tempore, ſic etiam migrationis è vita, hoſtilibus inter ſe radiis oppoſiti, nam nata fuit Ann. 1528. 16. die Decembris hora 15. 8

Philippus Rex Hiſpaniarum Maximiliani Filius, Caroli V. pater, mortuus ætatis 28

B 25. Septemb. alii 17. Septemb.

Hippolytus Medices Cardinalis ex veneni potione interiit natus menſes 3. & annos 28
Gauricus.

Daniel Garcæjus, melancholia extinctus anno Climact. 4. id eſt, annum agens 28
Junctinus.

Hieronymus Urſinus Romæ ante ædem pulchræ puellæ vulneratus fuit, ex quo paucos dies poſt in ſuo oppido periit anno ætatis 28
Junctinus.

Joannes Medices, pater Magni Coſmi, Ducis Hetruriæ, ictu tormentalis machinæ periit 28
Junctinus.

Henricus Ranzovius, Pauli filius, in aquam lapſus fracto collo periit, cùm ex convivio Ducis Holſatiæ Adolphi diſcederet anno ætatis 28

Theodorus Mollerus, Patricius Hamburgenſis, ingenii, & expectationis ſummę Jureconſultus, vix completo ętatis an. 28. Patavii, quo ſe ex Gallia contulerat, in morbum incidit, eoque paulò poſt Kalen. April. abſumptus ibidem apud Eremi-

C tanos honorificè tumulatur, An. Chr. 1563.

Sigismundus Marchio Epiſcopus Halberſtadenſis, Archiepiſcop. Magdeburgenſis, Hallæ Saxonum moritur 12. die Septemb. an. Dom. 1566. an. ætatis 29
Bucholzerus.

Joannes Cotta, qui humili genere ortus, præaltum in literis ingenium habuit, cùm ad Julium Pontificem legatus miſſus eſſet, oborta peſtilenti febri interiit juvenis annorum 28
Iovius.

Adolphus Comes Naſſovienſis, frater Principis Aurangiæ, occubuit ad Groningam, quando Comes Arnburgenſis cum nonnullis Hiſpanis eſt interfectus, an. ætatis 28

Joannes Fridericus III. Dux Saxoniæ, Joan. Friderici I. filius Jenæ obiit, ult. Octob. an. ætatis 28

Augustus filius Cælii ſecundi, ob. an. Dom. 1576. 24. Octob. an. ætatis 28

Joannes Alefeldius Burchardi filius, obiit Neapoli, ibidemque ſepultus, ac marmoreo monumento à fratre Balthaſare donatus, ex quo conſtat illum an. Dom. 1581. ætatis ſuæ anno obiiſſe 28

D *Hi anno 21. Hebdomatico 3. perierunt.*

Maximilianus Junior, Maximiliani Imperat. filius, interfectus eſt ad Aquilejam cum patre in tumultu militari, anno ætatis 21

Valentinianus Minor ab Eunuchis propriis cubiculariis ſtrangulatus eſt, Arbogaſtro id procurante, annos natus 20. ergo periit an. 21.
Sigonius.

Rubea Turtulla, vixit annos 20. menſes 4. dies 4. periit ergo anno 21. ex monumento, quod in oppido Galatenſi in templo conſpicitur.

Petronius Antigenidis vixit annos 21. ut ex Epigrammate, quòd Piſauri extat, dilucidè conſtat.

Balduinus VII. & ultimus Rex Jeruſalem periit, annum vix aſſecutus ætatis 21
Leonard. Ravvolff.

Uladislaus junior rex Ungariæ, & Poloniæ, dum paci juratæ impulſu quorundam renunciaſſet, ad Varnam infeliciter pugnans, à Turcis interfectus eſt, anno Domini 1444. die 10. Novembris anno ætatis 21 E
Bonfinius Cromerus: de quo hi verſus;

Romulidæ Cannas, ego Varnam clade notavi,
Diſcite mortales non temerare fidem.
Me niſi juratum ſuaſiſſent rumpere fœdus.
Non ferret Scythicum Pannonis ora jugum.

Ludovicus gnarus utriuſque linguæ, Aſtrorum, & totius mathematicæ ſcientiæ peritus, vixit annos 20. menſes 8. & dies 5. obiit Calendis Aprilis, ſepultus Romæ in ara cœli.

Ludovicus ultimus Rex Ungariæ victus, & Turcas fugiens, in palude mortuus inventus anno ætatis 21 *Stephanus Broderith procancellarius Ludovici.*

Franciscus Franciſci I. Regis Galliæ filius periit anno Domini 1536. 10. Auguſti, veneno ſublatus à Comite Sebaſtiano de monte Cuculo Italo, anno ætatis ſuæ 19. menſe 5. die 13. abfuit per ſeptem menſes ab anno Climacterico 21
Sixtus ab Himmenga.

Fridericus Marchio Brandeburgenſis Archiepiſcopus Magdeburgenſis, Joachimi 2. electoris filius, obiit an. ætat. 21 F

Melchior Scheſtius nobilis Holſatus, unicus filius, obiit anno ætatis 21

Fridericus Dux Luneburgenſis Erneſti filius, accepto vulnere in prælio commiſſo inter Mauritium Electorem Saxoniæ, & Albertum Marchionem Brandęburgenſem, moritur ex vulnere poſt prælium Cellis Saxonum anno ætatis 21

Margaretha conjux Comitis Guntheri Vvillingæ obiit ann. Dom. 1580. die 20. Octobr. anno ætatis 21

Albertus Electoris Saxoniæ Friderici ſapientis frater, Archiepiſcopus Moguntinus, mortuus ex febre acuta ann. Dom. ætatis ſuæ 20

Simon Montegatius mortuus eſt tabe die 17. Febr. ann. ætatis 21
Junctinus, Cardanus, addunt & illam cauſam, quod directio Horoſcopi ad quadratum Saturni pervenit.

Cipierrius præfecti Provinciæ Comitis Tendii filius adoleſcens viginti annos natus, ad forum Julii crudeliter ab Arſio, cùm ducem Sabaudiæ conſanguineum conſalutaſſet, pugione necatur, ergo periit anno Climacterico 21
In Commentar. de ſtatu Galliæ. G

Diricus Blome nobilis Holſatus, cùm profectus eſſet in Terceram Inſulam, poſt eam expeditionem in Hiſpaniam tendens, in mari morbo correptus die XXII. Auguſti obiit, cum compleviſſet annos XXI. & dies XXX. ætatis ſuæ.

Hi anno 14. Hebdomatico 2. obierunt.

Philippus Rex Macedoniæ, duxit Arſinonem propriam ſororem in uxorem Lyſimachi relictam viduam, ut ſub eo prętextu interficere poſſet filios ejus Lyſimachum, & Philippum: Quod & fecit, & illam, in Samothraciam relegavit, ut ibi exularet, Philippus egreſſus erat annum decimum tertium, ergo interfectus 14

Drusus Pompejus Claudii Imperatoris filius, piro per luſum in ſublime jactato, & hiatu oris excepto ſtrangulatus eſt, pubertatis annos jam attingens, quod fuit ut ego exiſtimo anno 14
Teuton.

Britannicus filius Claudii Cæſaris à Nerone interficitur veneno anno ætatis 14

Filia Fundani annum agens 14
moritur, cui puellæ, *ut Plin. lib.* 2. ſcribit, fuit ſenilis prudentia, matronalis gravitas, & ſuavitas puellaris. H

Valeria liberta Sabina vixit annos XIII. Ergo periit annum agens 14

Ex monumento Romæ, non longè à Quirinali colle.

Eucharis Licinia, docta, & erudita virgo, vixit annos 14. ex monumento Romæ apud Delphinos.

Alexius Comnenus filius Manuelis Imperatoris, à ſuo tutore Andronico Regni adminiſtrationi inhiante noctu ſtrangulatur, & plumbeo loculo impoſitus in mari ſubmergitur anno ætatis 14

S. Regina ab Olybrio judice ob profeſſionem Chriſtianam decollata fuit, nata aliquot menſes, & annos 14

M. Julius Licinius Junior Cæſar vixit annos 14
Onuphrius.

Alexius IV. Anglus Imp. Conſtantinopolitanus laqueo necatus in carcere Byzantii 5. Calendas Februarii, vixit plus minus 14
Onuphrius.

Arturus Princeps Henrici VII. Regis Angliæ filius, Ca- A tharinam Ferdinandi Regis Hiſpaniæ filiam in uxorem duxit, & ſeptimo poſt menſe, 7 ante patrem annis lenta febri moritur ann. Chr. 1500. annum ætatis agens. 14
Polyd. Ponthus Heuterus.

Ludovicus ultimus, Bleſii Comes, ac Avennæ Dominus, cùm duxiſſet Mariam filiam Joannis Valeſii Biturigum ducis nullis ex ea ſuſceptis liberis ſupremum clauſit diem ætatis ſuæ anno
Pontus Heuterus.

Mustapha Imperatoris Bajazetis frater, annum agens 13 arma movit contra fratrem, à quo paulò poſt ex inſidiis captus & ſtrangulatus periit anno ætatis ferè 14

Martia, Joannis Pontani filia, vixit 7. menſes, annos 14
ex monumento Neapolitano.

In Vveſalia ſuperiori Vvernerus puer à Judæis in die paraſceves ſuſpenſus, flagellatus, & membris omnibus conciſus, crudelique morte peremptus eſt anno ætatis 14

Cajus Ranzovius, Pauli filius, annum 14 vix egreſſus, obiit Dreſdæ. Annæ, Dom. 1580. die 9. Septemb.

Franciscus Franciſci Ducis Guiſiæ filius, qui in obſidione Aurelianenſi in humero vulneratus, ex quo mortuus, obiit B ann. ætatis 14

Philibertus IV. Dux Sabaudiæ, Patri ſucceſſit vix quadrimus, obiit ætatis anno 14

Hi 7. anno obierunt.

Lucius Verus Cæſar, obiit.
Fuit D. Antonini filius ex Anna Fauſtina uxore ſecunda. *Lamprid. Panvinius.*

Guntranus filius Clodimiti Aureliorum Regis à patruelibus ſuis Clotario, & Gildeberto regibus occiſus, & Lutetiæ in æde S. Genovefæ ſepultus eſt ætatis 7

Fridericus Martini, & Mariæ Siciliæ Regum unicus filius annos natus 7 dum regibus ſpectantibus haſtiludio ſe exerceret, ærata cuſpide transfixus occubuit. *Hiſtoria Sicula.*

Agnes, filia Humberti III. Sabaudiæ Comitis, obiit an. 7

Margaretha Otthonis Ducis Brunſuvicenſis, & Luneburgenſis in Harburch filia obiit ætatis anno 7

Hi die 7. obierunt.

Infans, quem genuit Rex David ex Uriæ uxore, obiit die 7
C 2. *Reg.* 12.

HI ANNIS ENNEATICIS INTERIERUNT.

Jared, vixit annos 962. mortuus eſt ergo anno Enneatico 963. qui continet in ſe novies 107. *Gen. cap.* 3.

Joannes de temporibus Caroli Magni armiger fuit, & ſupervixit annum Enneaticum 360. qui continet in ſe novies quadraginta. Nam ſcribunt illum periiſſe annum agentem 361 *Nauclerus, Martinus Cromerus, Robertus Guaguinus*, & multi alii. Ego tamen vix credo, hiſce ſeculis aliquem tandiù vivere potuiſſe, cum mortus ſit Anno Dom. 1139.

Isaac mortus eſt anno ætatis 180 Enneatico ? qui novies in ſe continet 20. & ſepelitur in Hebron. *Gen.* 35.

Lucius tertius è Bononia, mortuus anno 135 Enneatico, qui continet in ſe 15. novies, *Trallianus Hieronymus Cardan.*

D Pytagoras Abderites Philoſophus, qui in Samo inſula natus, in Calabria ſuos cœtus, ac ſcholam habuit, aceto Scillitico utens produxit vitam integer uſque ad annum 117 referente Galeno, Enneatico 13.

Gorgias Siculus, Philoſophus, & Orator, vixit ann. 108 Ergo periit Enneatico 12. *Plinius.*

Interrogatus fertur cur tam diù vivere vellet, reſpondiſſe dicitur, nihil ſe habere, quod ſenectutem incuſaret. Interrogatus iterum cauſam tam longæ ſenectutis, & integræ valetudinis, reſpondiſſe, à Luciano in Macrobiis traditur, quod aliorum convivia non ſit ſectatus.

Democritus Philoſophus vixit annos 108

Oda, filia Francorum Regis Ludolphi, Magni Ducis Saxoniæ conjux, vixit annos 108. Et cum marito in templo Gandersheimenſi ſepulta eſt.
Hieronym. Hemmingus L.

Xenophilus Muſicus, patria Chalcidenſis, annos 107. vixit citrà ullum corporis incommodum authore Plinio. Ergo obiit E 108. qui eſt Enneaticus

Hi anno 99. Enneatico 11. periere.

Isocrates Orator Athenenienſis (de quo Cicero ſcribit, quod ex ejus ſchola tanquam ex equo Trojano innumeri prodierint oratores) audita Cheronenſi clade, quatridui inedia moritur non volens quarto videre Athenas occupari: *Plutar. in vita Rhetorum ætatis ſuæ 99.*

Eli ſummus Sacerdos, vixit annos 98. 1. *Regum* 4. Et cum Scriptura ſemper loquatur de annis completis, periit annum agens 99

Joannes Apoſtolus frater Jacobi Majoris in ardenti invocatione Dei Epheſi ſub Trajano, cum vix hebdomaticum ſuperaſſet, moritur 99. ſecundùm Longobardicam hiſtoriam.

Statilia ex nobili domo obiit 99 Claudio Principe.
Plinius.

Hi anno 90. Enneatico 10. periere.

Pyrrho Helienſis obiit anno ætatis. 90

Diogenes Cynicus fermè exceſſit, ut nonnulli volunt, F annos 90

Epicharmus Cous obiit anno ætatis 90

Neſtorem ad 90. annos ætatis perveniſſe, Artemidorus ſcribit.

Protagoras obiit, cùm attigiſſet annum 90

Apollodorus ait eum an. 70. mortuum.

Sophocles auctore Diodoro moritur ætatis 90

Eleazar de Primoribus ſcribarum nolens comedere carnes ſuillas, interficitur ætatis 90

Hieron Rex Siciliæ. 90
Livius.

Tarquinus Superbus ſeptimus Rex Romanorum, qui occiſo Servio Tullio regnum ſcelere occupavit, ejectus iterùm propter filii adulterium Lucretiæ illatum, Cumæ in exilio mortuus eſt anno ætatis ferè 90
Livius, Dionyſius.

Oreſtes filius Agamemnonis, qui interfecit Ægyſtum adulterum, & matrem 90. præfuit Moreæ, hoc eſt Peloponneſo 70. annos.
Vellejus. Paterculus.

Maſiniſſa Rex Numidiæ obiit bello Punico tertio, cum regnaſſet annos 60. & vixiſſet 90. alii illum vixiſſe ſcribunt 95 G

Mater Pomponii Attici 90

Cajus Valens, cùm jam annos 90. natus Conſulatum geſſiſſet, ſub quo Domitianus interfectus eſt, obiit anno ætat. 90

Ovid. lib. 4. Triſtium ait patrem ſuum vixiſſe annos. 90

Benedictus Monachus in Nurſia, pater Ord. Benedictini, ex quo fuerunt 24. Pontifices & 200. Cardinales, obiit anno ætatis 90

Gregorius XII. Pontifex. 90

Gregorius Nazianzen. obiit, *ut ait Proſper*, ann. ætat. 90

Cæcilius Argicius Arborius avus Auſonii vixit an. 90

Tu novies denos vitam cùm duxeris annos,
Expertus fortis tela cavenda Dea.

Nicolaus Leonicenus Medicus, qui primus Græca Galeni volumina Latinè reddidit, pervenit integerrimis ſenſibus ad annum ætatis 90
Iovius.

Antonius Grimanus Venetorum Dux, præfuit Reipubl. tres, & vixit annos 90

Paulinus Sororis Auſonii gener vixit annos 90 H

Inter concordes vixiſti fidus amicos,
Duoque viginti functus Olympiades.

Julius Auſonus vixit annos 90. ut conſtat ex Epicedio filii Auſonii, ubi pater de ſe ipſo loquitur.

Nonaginta annos baculo ſine corpore toto
Exegi, cunctis integer officiis.

Franciſcus Philelphus mortuus Bononiæ in Februario anno ætat. 90. tam pauper, ut ad efferendum funus cubiculi, & culinæ inſtrumenta vænierint.

Joannes XXII. Papa Avenione moritur 90. qui confirmavit publicationem Clementinarum die 4. Decemb.

Jodocus Barbarus, Rex Romanorum, obiit in oppido Moraviæ Brumia 13. Calend. April. vixit annos 89. & menſes aliquot.
Cuſp.

Geor-

Georgius Trapezuntius, qui in ſenecta omnium literarum A oblitus dicitur, moritur Romæ 90

Dux Guilhelmus Brunſuicenſis 90 relictis filiis Friderico, & Vvilhelmo:
Krantzius.

Amandus qui Dagoberti Regis filium baptizavit, Epiſcopus Trajectenſis, anno ætatis 90

Pothinus, Epiſcopus Lundenſis periit martyr factus, *Iſidoro teſtante*, anno ætatis 90

Franciſcanus Danus à perduellibus Batavis apud Briclam laqueo necatus anno ætatis 90

M. Pacuvius Brunduſinus, Ennii ex ſorore nepos, qui Romæ, quamdiu vixit, picturam exercuit, ſenex, & ęger Tarentum migrans nonagenarius obiit 90

Hi Anno 81. Enneatico 9. mortui.

Plato mortuus, ut ex *Cicerone, Seneca & Cenſorino* conſtat anno ętatis 81. eodem die, quo in lucem venerat, recurrente, & quem legitimum vitę finem exiſtimavit, eundem etiam aſſecutus eſt.

Quemadmodum etiam Attalus Rex, & Pompejus Magnus natali die periere, ut conſtat *ex Plutarcho.*

B Diogenes Cynicus cibi cruditate in choleram ſolutus eſt, anno ętatis 81

Pindarus Poeta, vixit an. 80. Ergo deceſſit an. ętat. 81

Xenocrates Chalcedonius, Platonis auditor 81
Cenſorinus.

Dionyſius Heracleotes, ut vita abiret, cibo abſtinuit. 81
Cenſorinus.

Tarquinius Priſcus, occiſus eſt percuſſoribus, per Anci Martii filios habitu paſtorali ſubmiſſis, ętatis ſuę anno 81

Eratoſthenes orbis terrarum menſor 81
Cenſor. Suidas.

Simonides Grecus Poeta, ut Euſebio placet, clarus fuit tempore Tarquinii V. Romanorum Regis, cùm ad octogeſimum perveniſſet annum multa compoſuit: cujus eſt dictum. Fortuna innocentem ſępe deſerit, ſpes autem bona nunquam.

Numam Pompilium Romanorum 2. Regem, qui ędem Veſtę fecit, Virgines Veſtales legit, ſacerdotes Martis 12. inſtituit, Pontificem Max. creavit, annum in duodecim menſes diſtribuit, additis Januario, & Februario, ſepultus in Janiculo, C non longè majorem octogenario obiiſſe *Plutarchus* ſcribit.

Ergo obiit ętatis anno 81
nonnulli anno 83
Camillus. 81
ut ex *Plutarcho* colligitur, nam electus in Dictatorem cum an. 80. attigiſſet, ſequenti cùm Roma gravi peſte laboraret, maturo funere obiit

Marcus Portius Cato Cenſorius, qui Carthaginem delendam cenſuit, Galbam octogenarius accuſavit, & ipſe quadragies quater accuſatus glorioſè abſolutus poſt octoginta ann. filium genuit, & ut multi opinantur anno ætatis 81 aut paulò poſt obiit

Antigonus, quem dicunt filium nothum fuiſſe Regis Philippi, etſi aliquot præliis adverſarios vicerat, tandem tamen in acie multis vulneribus extinctus eſt, annum agens 80. quare per aliquot menſes tantùm abfuit ab 81

Numidia Quandratilla paulò minus octogeſimo ętatis ann. deceſſit. *Plinius Junior.*

Ergo aliquot tantùm menſes abfuit ab Enneatico 81

L. Piſo Pontifex placidè obiit annorum 81

Hircanus ſummus Sacerdos interfectus ab Herode poſt pugnam Actiacam, cum ad Octavium proficiſceretur an. æt. 81

D Gordianus ſenior in Imperatorem electus eſt, cùm annum ageret circiter 80. Qui deinceps cum urbs Carthaginenſis à Cappelliano vi devicta eſſet, in cubiculo ſe laqueo ſuſpendit, annum ætatis agens, ut veriſimile videtur 81
Hierodianus.

Helena Auguſta, Regina Angliæ, Conſtantini Magni mater 20. Julii obiit, teſtamento, præſente filio, ac nepotibus, condito, an. ætat. 80. Ergo egit annum 81
Alii volunt 18. Auguſti.

S. Martinus miles ſub Juliano, ac poſteà miles Chriſti, & Epiſcopus Turonenſis factus, mortuus anno Dom. 397. 11. die Novemb. anno ætatis 81
Marianus, Contractus, Sigeb.

Moavias, ſeptimus poſt Mahometem Pſeudoprophetam, qui cum Conſtantino Procognato, Conſtantis filio, pacem ea conditione fecit, ut per annos 30. quotannis penderet decem millia auri, ſervos centum, & equos generoſos quinquaginta, moritur ætatis anno 81 E

Vvilibrordus natus ex Anglia, primus Trajectenſis Epiſcopus præfuit Epicopatui an. 45. mortuus an. Chriſti 739. 7. Decemb. an. ætatis. 81

Ludovicus Senior Barbatus, dux Bavariæ, 80. an. & aliquot menſes vixit 81

Robertus Rex Neapol. obiit an. Dom. 1343. 14. Cal. Febr. ætat. ſuæ an. 80. Ergo non multùm abfuit ab an. 81

Vitandus Lithuanus, patruelis Jagellonis Regis Polonorum, cui Sigiſmundus Imperator diadema regium promiſerat, Spiritum exhalavit, cùm aliquantulum exceſſiſſet annum octuageſimum, id eſt, 81

S. Germanus Epiſcopus Pariſ. qui Heritbertum, Childeberti patruum, Regem Pariſiorum, propterea quòd duas ſorores duxiſſet, excommunicavit, ſepultus in Eccleſia S. Germani de Pratis mortuus, an. ætat. 80. Ergo parum abfuit ab an. 81

S. Hildegardis, Abbatiſſa Cœnobii Bingenſis, mortua paululùm egreſſa annum 81 agens annum 82. 17. Septemb.
Tritbemius.

Tkergellus, princeps Lithuaniæ an. 80. exceſſit. Ergo obiit an. ætatis 81 F

Reinerus Angium Dux, matrem habuit Jolam, Petri Regis Arragoniæ filiam unicam & hæredem Regni, quo mortuo, ejus hæreditatem adire voluit: Sed infeliciter intentata belli fortuna, Arragoniam cum Italia, ac Neapoli deſerere eſt coactus: Cùmque in uxorem duxiſſet Iſabellam filiam, & hæredem Caroli Lotharingiæ, ac Barræ Ducis unicam, mortuo tamen ſocero, ab Antonio Vademontii comite pellitur, allegante filiabus in Lotharingia jus non eſſe, prælioque captus Philippo Bono Burgundiæ Duci vinctus traditur. Sed facta pace filiam natu maximam inimici ſui Antonii filio in uxorem dare coactus eſt, è quibus adhuc Lotharingiorum familia extat. Et Reinerus ſenex omnibus filiis, ac nepotibus ex ſe natis orbatus, excluſo genero ſuo Duce Lotharingiæ, Ludovicum Regem II. çujus minis territus hæredem inſtituit. Et ſic Reinerus fuit inſigne inſtabilitatis fortunæ exemplum. Et vixit annos 80. Ergo mortuus eſt anno 81
Pontus.

Echardus Marchio Turingiæ, & Miſniæ III. Cùm poſt obi- G tum Otthonis III. ad imperium aſpiraret, à Comite Northeimenſi venabulo per collum trajecto necatus eſt, ætatis ſuæ an. 80. Ergo non multùm abfuit ab an.

Amiras Saracenorum Rex, cùm vixiſſet annos 80. & regnaſſet annos 19. obiit anno 81

Albertus Magnus ex nobili familia Bolſtadenſium, primò Monachus Ordinis Prędicatorum, poſteà Epiſcopus Ratisponenſis, deceſſit anno 81 anno Domini 1280. Coloniæ ſepultus, regnante Rudolpho.
Callidius.

Paulus III. Pontifex Max. ex Farneſiorum familia, excedens ut illi prædictum erat, audita morte nepotis, an. ætat. 81. 10. Novembris mortuus eſt.

Sigiſmundus I. Caſimiri filius Rex Poloniæ, magnus Dux Lithuaniæ, ætatis ann. 81 menſe 2. die 7. regni 42. ipſo die Paſchatis, regno in pace relicto, & Reipub. rebus bene diſpoſitis, diſceſſit.

Gentis Beſchit nobilis Fęmina ob patientiam clara, uno die gravida, maritum, & duos filios amiſit, cujus tumbę aſcriptum:
Durum, ſi neſcis, vincit patientia.
mortua ætat. 81

Franciſcus Ximenius, Minorita & Archiepiſcopus Toletanus, & Caroli V. nonnullorum bellorum Dux, ætatis ſuæ cir- H citer 80. Ergo tantùm paucos menſes abfuit ab 81

Tale Epitaphium illi poſitum.
Prætextam junxi ſacco, galeamque galero,
Frater, Dux, Præſul, Cardiniuſque pater.

Coſmus Medices octogenarius diſceſſit, parum abfuit ab 81
Sleidanus.

Lucas Cranach pictor excellens, & vir ſapiens obiit 16 Octobris ætatis 81
Bucholzerus.

Conradus Pegelius Bernardo ſenatore Vviſmarienſe natus, qui ampliùs 60. annis in Academia Roſtochiana Profeſſor vixit, exceſſit ex hac vita anno Dom. 1567. die 27. Novemb. an. Enneatico 81

Arnoldus Burenius Profeſſor Academiæ Roſtochienſis obiit an. Dom. 1565. 17. Calend. Septemb. anno ætatis 81

ex

ex monumento.
A Auguſtinus Berojus Juriſconſultus vixit annos 79. menſes
11. Ergo unum menſem abfuit ab anno 81
obiit anno Domini 1554. Idib. Septemb. Ex monumento Bo-
noniæ ipſi erecto.
Hermannus Archiepiſc. Colonienſis, Comes in Vveda mo-
ritur anno 80. tantùm per quatuor menſes, & 17. dies abfuit
ab 81. 13. Auguſti. *Calendar, Sanctor.*
Vvihelmus Comes Gennenburgenſis poſt piam confeſſio-
nem, & Dei invocationem, placidè obiit anno Chriſti 1559.
die 24. Januar. ætatis 81
Chilianus Leibius Prior Rebderfenſis 81
Panthal.
Margareta Seſtedia, avia Caii Rantzovii in Hanrovv.
obiit anno 1583. 26. Januar. ætatis 81
ut conſtat ex monumento Chilonii illi erecto.
Olegarda Rantzovia mater Caii, & Johannis Rantzovii,
nec non Catharinæ Rantzoviæ, obiit peſte octogenaria. Er-
go non multum abfuit ab 81
Catharina Rantzovii, filia præcedentis Olegardæ Abbatiſſa
B monaſterii nobilium in Itzehoe, ſoror Joannis Rantzovii,
mortua die 23. Januar. anno Chriſti 1364. an. ætatis 81
Id conſtat ex monumento in prædicto monaſterio illi erecto.
Annas Dux Mommorantius Galliæ Conneſtabilis, ſeptem
vulneribus à ductore copiarum Stuardo Scoto confectus oc-
cubuit anno completo 80. 13. Novemb. Ergo periit 81

Ei tale Epitaphium obtigit.

Octo qui decies peregit annos,
Octo prælia qui cruenta geſſit,
Octo vulneribus eſt interemptus
Septem dicitis eſſe vos, nec octo?
Septem vulnera fecit hoſtis extra,
Octavum ſibi fecit intus ipſe,
Cæſum ſe patria dolens inulta.

Muſtapha Amurathis III. Turcarum Imperatoris Vezyr
Baſſa, ob non auditos à Perſis miſſos legatos, & quòd mili-
tares dignitates vendiderat, Conſtantinopolim vocatus, iras,
& minas Imperatoris metuens, ſumpto veneno mortem obi-
vit voluntariam, annos natus plus minus octoginta.
Ergo aliquot menſes tantum abfuit ab 81
Et eſt ille, qui Venetis noſtra memoria Cyprum eripuit,
Bragadinum Famaguſtæ præfectum contra fidem datam ſup-
plicio affecit: Qui paulò ante Ægypti, ac Syriæ regni motus
C compoſuit, Arabes rebellantes domuit, qui Bajazetem
Solymanni filium juſſu Imperatoris perſecutus eſt. *Franciſ.
de Bilderbegh.*
Hector ab Hamminga mortuus eſt Franeceræ anno Domi-
ni. 1572. 12. die Novemb. propemodum octogenarius. Ergo
aliquot menſes tantum abfuit ab 81
Sixtus ab Hemminga.
Mahomet Baſſa, qui trium Imperatorum Turcicorum ſu-
premus Viſirius, id eſt, locum tenens fuit, à quodam mendico,
Turcico, ſupplicationem exhibente, in ſuo aulico ſenatu cul-
tello interfectus eſt, annum agens octuageſimum, ergo non
multum abfuit ab anno 81
Id teſtatur *Vvenceslaus*, Oratoris Maximiliani apud Tur-
cas Magiſter.
Solon Saliminius Athenienſium Legislator, obiit in Cypro
anno ætatis 80. Ergo non multùm abfuit ab anno 81
Matthias Pharnerus, Argentinenſis Patricius, qui ſepties
Conſul, ab Argentinenſibus creatus erat, obiit octuagenarius.
Non igitur multùm abfuit ab anno 81

D *Hi anno 72. Enneatico 8. obierunt.*

Attalus Rex Bithiniæ, ac minoris Aſiæ, Livio referente,
regni ſui 44. anno ætatis obiit. 72
Mitridates Rex Ponti, cùm prius felicitate Syllæ, virtute
Luculli, & Magnitudine Pompeii præſtantiſſimorum ducum
eſſet fractus, à proprio filio Pharnace obſeſſus ſeipſum vene-
no interfecit, cùm annos 60. imperaſſet, & cum Romanis 40.
annos bellum geſſiſſet, & viginti duas gentes gubernaſſet,
quarum linguas callebat, & attigiſſet annum 72
Quintus Annius Januarius, vixit annos 71. Ergo mortuus
anno ætatis 72
Ex monumento Capuæ.
Sulpitius Galba Septimus Imperator, orator juſtitiæ æqui-
tatiſque amans, Romæ in foro equitum, M. Otthonis opera-
miſſorum, impetu, imperii ſui ſeptimo menſe, & ſeptimo die
oppreſſus eſt, ætatis 72
Ioſeph.
Epicurus, ut ſcribit *Cicero de fato.* 72

Diocletianus Dalmata Imperator ſpontè, quod rarò fit,
imperiales faſces Nicomediæ depoſuit, & in propriis agris E
conſenuit epoto veneno, cùm à Conſtantino minaces acce-
piſſet literas, deceſſit annum agens 73. Ergo per aliquot men-
ſes tantùm exceſſit 72
Ariſtarchus Samothrax, Alexandrina civitate donatus,
Ariſtarchi filius, vixit 156. Olympiade. Sub Ptolomæo Phi-
lometore, cujus etiam filium erudiit, vixit annis 72
Jacobus Quaſarius equeſtris ordinis Poeta Neapolitanus,
vixit peramœno, virentique ſemper ingenio (ut Jovius ſcri-
bit) annos 72
Andreas Motthæus, Aquavivis illuſtri familia ortus, &
tam in bellis, quàm artibus clarus, ſemel in bello captus, qui
tetri carceris calamitatem, ſtudiorum ſolatio lenivit, poſteà-
que liberatus, & priſtinæ fortunæ reſtitutus, tandem fato
functus anno ætatis 72
Jovius.
Urbanus VI. Pontifex 72
Carolus Magnus, ad quem primùm Imperii Romani ti-
tulus, & dignitas à Græcis Imperatoribus translata eſt, varia,
ac diverſa bella geſſit, periculoſiſſimum cum Vvedekindo, & F
Saxonibus, quod duravit annos 30. donec eos ad Chriſtianam
religionem ſuſcipiendam coegit, mortuus eſt Aquiſgrani, cùm
dies ſeptem ægrotaſſet ex pleuritide, anno Dom. 814. die 28.
Januar. cùm imperio præfuiſſet 13. annos unum menſem dies
4. ætatis annos 72
Eginardus.
Rudolphus Habsburgenſis, ex cujus proſapia, Hiſpanica,
& Auſtriaca familia orta, mortuus eſt Spiræ, An. Dom. 1291.
ultimò Septembris, annum agens 73. Ergo per aliquot men-
ſes tantum exceſſit 72
Matthæus Magnus Vicecomes Dux Mediolanenſis vixit
annos 72
Panvinius.
Baſilius Porphyrogenitus Imperator Bizantinus 72
Carion.
Elector Albertus Marchio Brandenburgenſis, Achilles
Germanicus dictus, moritur in electione Maximiliani I. anno
ætatis 72
Philippus bonus Valeſiæ ſtirpis Burgundiorum Princeps,
hic poſtquam à patris morte 48. annos ditionibus hæreditariis
præfuiſſet, obiit non ex morbo incontinentia aſcito, ſed cor-
pore juſtæ ætatis pleno decurſu confecto, ætatis anno 72 G
Heuterus.
Fridericus III. Elector Saxoniæ deſignatus Rex Romano-
rum, vixit menſes 3. dies 9. & annos 72
obiit 17. Januarii
Actius Sincerus Sannazarius vixit annos 72
mortuus An. Dom. 1530. ut ex monumento extra Nea-
polim in monte Pauſilippo ei erecto conſtat: cui additi
ſunt hi verſus:

Da ſacro cineri flores, hic ille Maroni
Sincerus Muſa proximus, ut tumulo.

Henricus Buchholtz D. Theodorici Arndes Epiſcopi Lu-
becenſis ex ſorore nepos, natus Hamburgi inhonorata, & ve-
teri familia LL. Doctor. Epiſcopus Lubecenſis, & Præpoſi-
tus Hamburgenſis, cùm fugeret belli tempeſtates imminentes,
moritur in patria, in ſororum complexu anno ætatis 72
Anno Chriſti 1535. 8. die Martii.
Henricus Dux Megapolitanus Juſtitiæ, & pacis cuſtos in
ſuis terris fidiſſimus, obiit anno Dom. 1552. die 6. Februarii
anno completo 72
Cajus Rantzovius frater Joannis Rantzovii, Dominus in H
Hanrovv, Vvetkamp & Cherebu, obiit anno Dom. 1560. cum
vixiſſet annos 72
& aliquot menſes
Joannes Brentius Theologus, moritur Stugardiæ 12
Septemb. anno Dom. 1570. vixit annos 71. menſes 2. dies 18.
Ergo periit annum agens 72
Udalricus Mordeiſius, quondam Cancellarius Auguſti
Electoris Saxoniæ, ab eodem in propria domo captivus de-
tentus tandem ſubitò, ac miſerè periit 72
Georgius Vvicelius, paululum exceſſit annum 72
Callidius.
Joannes Rantzovius, Dominus in Bredenberg, pater Hen-
rici, & Pauli, cujus virtus, fideſque domi, militiæque cognita
fuit, tribus regibus Daniæ Friderico I. Chriſtiano III. & Fri-
derico II. Etſi vixerit annos 74. & menſem 1. tamen morbus
ejus incepit, ex quo nunquam convaluit anno 72
obiit die 12. Decembris.

Anna

Anna Vvalſtorpia, ejus uxor, ſimiliter piè mortua eſt an-
A no ætatis 72
die 29. Decemb. Vixit autem poſt obitum mariti 16. annos, &
vidit filios, nepotes, ac pronepotes 48. relinquit ſuperſtites 42
Georgius Major, Theologiæ Doctor Vvittembergæ, anno
Dom. 1574. die 28. Novemb. annum agens 73. *Bucholz.*
Ergo per aliquot menſes annum ſuperavit 72
Joannes Alvarus Cardinalis Hiſpanus ſuperavit per aliquot
menſes annum
Barnimus Dux Pomerianæ Bugislai filius obiit placidè in
arce Adersburg. 72
Cornelius Muſius Delphenſis, Poeta laureatus, ſacra-
rum Virginum ad S. Agatham præfectus, ab hæreticis
Batavis Duce Lumæo captus, & miſerè ſtrangulatus
eſt, annos habens 72
Beyerlinck in Chron. ☞ *Vide Locum de Hæreticis.*
Georgius Erneſtus Princeps Henneburgenſis, ultimus
ejus familiæ, mortuus, annum agens 72. & 7. menſes, cu-
jus familia fuit clara tempore Caroli Magni, in ejus quippe
hiſtoria, mentio fit Popponis, & Henrici, Comitum Hen-
nebergenſium. Hi enim ſororem Hademundam Aribo do-
mino de Balinckſtede, & Aſchanien, matrimonio conjuxe-
B runt, effeceruntque, ut in gratiam à Carolo, cum nonnul-
lis aliis Principibus Saxonum, reciperetur. Obiit an. 1583.
15. Decemb.
Criſtophorus Vvrisbergius nobilis Brunſuicenſis, & ductor
peditum Caroli V. à quo ſemel captus fuit, quod Duci Erico
Brunſuicenſi dimicanti, cum hoſtibus in tempore auxilium
non tuliſſet, mortuus anno ætatis

Hi anno 54. Enneatico 6. perierunt.

Amazius Rex in Judæa occiſus ætatis 54
Antiochus VIII. de matris inſidiis per indicium edoctus,
Venenum ſibi præparatum à matre, illam ebibere coegit: at-
que eodem ſcelere mox ipſe uſurus contra Cizerum fratrem
bellum ejus attraxit, interfectus fraude Heracleonis 54
Demetrius filius Antigoni, amiſſa Aſia à Seluco genero
captus eſt, apud quem captivus, anno tertio moritur, cùm na-
tus eſſet annos 54
Herodes Agrippa, ab Angelo Dei percuſſus, & à vermibus
devoratus, periit ſeptimo anno regni, ſuæ ætatis verò 54
Joſephus.
Vitellius Imp. natus patre ter Conſule mentem habuit cru-
delem, natura ſævus, gulæ, luxuriæque deditus, pronus ad cu-
juſque, & quacunque de cauſa necem: Et fuit avarus cum pro-
C fuſione. Veſpaſiano adverſante à militibus per ſcalas Gemo-
nias tractus, numeroſis ictibus confoſſus periit, natus 4. men-
ſes & annos 54. 8. die Octob. aut 3. die.
Macrinus Imp. natus humili loco, homo faſtuoſus, arrogans
& ſanguinarius, unde domeſtici illum non Macrinum, ſed
Macellum vocabant, quod macelli ſpecie domus ipſius cruen-
taretur, occiſus cum filio Dracludemone à propriis militibus
menſe Junio, ætatis 54
Diodor. Valentinianus.
Boleslaus Dux Polonorum 54
Paulus II. Pontifex vixit menſes 5. dies 3. annos 54
Fuit Venetus Petrus Barbus dictus, natus ex ſorore Eugenii
4. Fridericum Imperatorem Romæ ſuſcepit, Borſium Mar-
chionem Eſtenſem Ferrariæ Ducem conſtituit: Apoplexia
mortuus, & ſolus inventus in cubili 54
Philippus Maria, Dux Mediolanenſium, quo nullus hujus
Ducatus Princeps felicior, aut potentior fuit, quique tres re-
ges una vice captivos habuit, obiit idib. Auguſti anno 54
Andronicus Junior, Conſtantinopolitanus mortuus anno
D 55. vix excedens 54
cùm ante 20. annos urbem imperatricem Conſtantinopolim
belli jure occupaſſet: & avum Andronicum Majorem imperio
ejeciſſet, & monaſterio incluſiſſet.
Nicetas.
Antonius Urceus Codrus, qui multa ſcripta edidit 54
Georgius Fornsbergius clarus Dux Maximiliani, & Caroli
V. qui in 20. conflictibus ſemper honorificam victoriam ob-
tinuit, obiit 54
20. die Auguſti, *Henric. Panthal.*
Seraphinus medicus celeberrimus, ac omnium diſciplina-
rum doctrina præditus, obiit, 9. Calend. Septemb. Anno
Chriſti 1538. Anno ætatis 54. menſe 7. die 23.
Joannes Stadius Belga Mathematicus, obiit Pariſiis, pridie
Calend. Novemb. Anno Dom. 1579. vixit annos 53. Ergo
mortuus anno ætatis 54
Junctinus.

Virtus Amerbachius Vvtindigenſis, qui ſcripſit libellum de
anima, Ingolſtadii obiit 13. Septemb. anno ætatis 54 E
Chriſtophorus Dux Vvitenbergenſis, Uldarici olìm ex Du-
catu ejecti, & à Philippo Langravio reſtituti, filius mor-
tuus 54
Anno Dom. 1568. die 28. Decemb.
Gaſparus Colinius Franciæ quondam Admiralius, Pa-
riſiis Anno Dom. 1572. cum multis aliis, cùm nuptiæ
regis Navarræi celebrarentur, interfectus eſt, cùm vi-
xiſſet annos 53
menſes 6. dies 8. periit igitur anno vitæ ſuæ 54
Pompejus Columna, Cardinalis, Prorex Caroli V. in regno
Neapolitano, poſt comeſtas ficus biferas aqua refrigeratas,
in complexu Auguſtini Niphi Philoſophi expiravit, anno
ætatis 53. Ergo non multum abfuit ab anno 54
Jovius.

Hi Anno 45. Enneatico 5. periere.

Eumenes, Cancellarius Alexandri Magni primo à ſuis pro-
ditus, ab Antigono deinde interfectus anno 45
Aſtartus filius Baleaſtarti, & Rex Tyri, vixit annos 44
Ergo obiit 45
Bazeorus, Rex Tyri anno 45
Joſeph. F
Carneades novæ Academiæ princeps 45
Domitianus filius Veſpaſiani diſſimilis patri, & fratri,
crudelis, ſuſpicax, obſcœnus & rapax, pro Deo ſe
coli volens, Chriſtianorum acerrimus hoſtis, quemlibet
delatorem facilè admittens, tandem omnibus exoſus,
conjuratione interfectus à cubiculariis, confoſſus 7. ul-
neribus, uxore, & familiaribus conjurationem non igno-
rante, die 18. Septemb. hora 5. mane, anno ætatis 45
Aurel. Victor. Philoſtratus.
Honorius Imp. natus annos 44. Ergo obiit, aqua intercute,
agens annum 45. 15. Auguſti.
Conſtantinus filius Conſtantini Magni, moritur apo-
plexia, dum Juliano cum infeſto exercitu occurrit, an-
no ætatis 45
3. Novemb. *Socrates. Marcellius. Ruffinus.*
Philippus Macedonum Rex occiſus annum agens 46
Diodorus, & Juſtinus. Ergo annum Enneaticum per aliquot
menſes exceſſit 45
Guilielmus Primus, Malus cognominatus Rex Siciliæ
mortuus anno Dom. 1166. ætatis 45
Guiſcardus.
Andronicus Minor Imperator Conſtant. mortuus ætatis G
45. 15. Junii.
Zuzimus Bajazetis Turcarum Imperatoris frater, ab Ale-
xandro Pontifice veneno potionatus Gallorum Regi Carolo
traditur, & poſt triduum anno ætatis
Ex hiſtoria Ordinis Iohannitarum.
S. Franciſcus princeps Ordinum Minorum, quorum mo-
naſteria recenſebatur, 1734. obiit Aſſiſii anno ætatis 45
2. die Octob.
Cæſar Guntherus de Svvartzburch veneno extinctus circà
Calendas Auguſti vixit annos 45
Carolus dictus Bellator Dux Burgundiæ Caroli V. Impe-
ratoris proavus, ad Nanſejum victus & occiſus à Renato Du-
ce Lotharingiæ, & confœderatis Helvetiis, Anno Dom. 1477.
Nonis Januarii, anno natus 44. menſem 1. die 25. Ergo pe-
riit 45
Pontus.
Alexander Rex Polonorum, Sigiſmundi frater, obiit anno
ætatis 45
Vvilnæ, ibidem & ſepultus: die 19. menſis Auguſti. H
Erneſtus Dux Saxoniæ, Elector anno 1486. 16. Auguſti, an-
num agens 45
Iſmael Perſarum Rex cum Selymo conflixit, Anno Dom.
1514. Cal. Sept. in Campis Calderanis, qui poſteà 44. annos
natus contracto ex aſperrima venatione fatali morbo, ſupre-
mum diem obiit. Ergo periit annum agens 45
Petrus Bizarus.
Alhatemus ſucceſſor Pſeudoprophetæ Mahometis, ſex-
tus Hali filius, moritur Imperii ſui menſe ſexto, ætatis
anno 45
Nicolaus Ardingellus Florentinus, periit natus menſ. 5.
dies 10. annos 44. Ergo periit anno 45
Frater Hieronymus Savonarola Prædicator, mandato ſum-
mi Pontificis Florentiæ combuſtus eſt, cum vixiſſet annos 45
& aliquot menſes.
Leo Decimus ex Medicea familia Pontifex moritur, na-

tus

tus annos 45
A & aliquot menſes Calend. Decemb.

Dionyſius Briſgellus, periit & Venetiis ſepultus cum hoc Epitaphio, Imperator, ductor, eques, miles, Dionyſii Naldi conduntur oſſa anno Dom. 1510. anno ætatis 45

Petrus Aloyſius, Parmæ, & Placentiæ Dux, occiſus eſt in proprio domicilio anno ætatis 44. cum tantum tres menſes abeſſet ab Enneatico 45

Georgius Princeps Anhaldinus, Epiſcopus Merſburgenſis, Præpoſitus Magdeburgenſis ætatis 45
& menſ. 2. die 17. Octob.

Odetus de Caſtilione, Caſparus de Coligni Admiraldi, qui in laniena Pariſienſi anni 1572. eſt interfectus, frater, Epiſcopus Belvacenſis, ac Par Franciæ, Diaconus Cardinalis obiit in Anglia anno ætatis 45
quem per aliquot menſes exceſſit.

Anna Regina Ungariæ, Ferdinandi Regis Romanorum conjunx, Soror Ludovici. extinguitur in partu filiæ, quæ fuit 15. proles 27. Januar. ætat. 44. Ergo non multum abfuit ab anno 45

Philippus Comes Palatinus ad Rhenum, moritur anno 44. à quo defenſa eſt Vienna contra Solimannum Turcam, cum
B vicies eam oppugnaſſet, & perdidiſſet 60. millia hominum, tantùm quinque menſes & 27. dies abfuit ab 45

Jacobus Friſchinus, moritur Tubingæ anno Dom. 1566. ætatis 44. die 26. Decemb. Ergo annum agens 45
in Epicedio filius.

Antonius Rex Navarræ, & Dux Vandomiæ, obiit morte violenta globo interemptus, anno Dom. 1562. an. ætat. 45
Junctinus.

Ludovicus Comes Palatinus Elector, mortuus Heidelbergæ anno ætatis 45
cum nonnullis menſibus, 12. die Octob. anno 1583.

Hi anno 36. Enneatico 4. obierunt.

Achaz Rex in Judæa, filius Jonathan 36

Timothares, Alexandrinus 36

Ottho Imperator Romæ natus anno Chriſti 33. ſeipſum occidit, prælio victus à Vitellii ducibus Debriaci, vixit an. 36
& menſes 11.

Harminius Dux Cheruſcorum, à ſuis cognatis dolo Tiberii Imperatoris conductis domi interfectus eſt, annum ætatis
C ingreſſus 37. cùm vix exceſſiſſet 36

M. Brutus rebus deſperatis, & ſecundo prælio victus à Cæſare & Antonio, à Stratone, Bruto poſtulante, interfectus eſt, excedens per aliquot menſes annos 36

Valentinianus Auguſtus Honorii Imperatoris è ſorore Placida nepos, Romæ in campo Martio, ab Ætii ſatellitibus confoditur, ætatis 36
Sigonius.

Theodoricus Laſcharis, Imperator Conſtantinopolitanus, obiit anno ætatis 36

Childebertus II. Rex Auſtriæ & Aureliorum, unà cum conjuge eodem die obiit anno ætatis 36

Æmilius Paulus Papinianus præfectus prætorio, Juriſconſultus, vixit annos 36
dies 12. menſ. 3. Ut ex ejus monumento Romæ erecto conſtat.

Henricus V. Rex Angliæ, moritur ad Vincenarum ſaltum prope Lutetiam non ſine veneni ſuſpicione pridie Calendarum Septemb. anno ætatis ſuæ 36
D *Polydorus*.

Premeslaus, Dux Magnæ Poloniæ, obiit anno ætat. 36

Guilhelmus II. quem Bonum appellabant, Rex Siciliæ, qui Joannam Angliæ Regis filiam habuit in uxorem, mortuus Panormi, anno Dom. 1189. ætatis 36
Sicula hiſtoria.

Camillus Triultius occiſus ictu tormenti bellici 36

Hercules de Strozis, Poeta celebertimus, interfectus anno ætatis ſuæ 36
cum nonnullis menſibus.
Junctinus.

Comes Gerhardus de Robertis Ferrarienſis decapitatus fuit, anno ætatis ſuæ 36
cum nonnullis diebus.
Junctinus.

Borbonius Romam oppugnans bombarda trajectus, dicens, Væ tibi Roma & mihi; periit 36

Fridericus Dux Saxoniæ Alberti filius, Teutonici ordinis Magiſter 33. pulſus à Polonis, periit Roclitii in exilio, anno ætatis 36
die 14. Decemb. anno Domini. 1510

Huldericus Dominus Rappolſtein dux exercituum 36

Hadriana Saxona Pontani uxor vixit annos 36 E
menſes 6. *Ex monumento Neapolit.*

Joannes Mojebanus Medicus, & Aſtrologus excellens, vixit ut ex *Cratone* Medico Ferdinandi colligitur, annos 35
menſes 2. dies 16.

Henricus ſenior Comes Miſnenſis obiit anno Domini 1568. 24. Decemb. ætatis 36

Henricus Junior Comes Miſniæ, & Dominus de Plavven, & Geravu obiit anno Domini 1572. die 22. Januarii ætatis ſuæ 36

Henricus Dux Saxoniæ, Archiepiſcopus Bremenſis, Oſnaburgenſis, & Paderbornenſis Epiſcopus Anno 1585. die 22. Aprilis, ſtylo antiquo moritur, ætatis ſuæ anno 36

Hi anno 27. Enneatico 3. oppetierunt.

Imperator Cæſar Flavius Valerius Conſtantinus Junior occiſus tumultu militari prope Aquilejam, vixit annos 27
Onuphrius.

Conſtans filius Conſtantini Magni interficitur à Magnentio Duce Gayſone non procul ab oppido Helena Pyrenæo proximo, anno ætatis 27
Aurel. Victor.

Carolus Octavus, qui regnum Neapolitanum ſubegit F
apud Ambroſiam oppidum, ex ludo parvulæ Sphæræ rediens ſubito animi deliquio correptus, mortuus eſt anno ætatis 27
in fine ejus anni. Nam ſi adhuc vixiſſet dies 22. annum Climactericum vigeſimum octavum ingreſſus eſſet.

Joannes de Salviatis Florentinus, Epiſcopus Ferrarienſium, periit anno 27
menſe 3. die 1.

Julia L. B. Priſca, vixit annos 27
ut ex Epitaphio Romæ prope forum Judæorum poſito, conſtat, & additum eſt, quod nihil unquam peccavit, niſi quòd mortua ſit.

Sigiſmundus filius Alberti III. Electoris Brandenburg, qui fuit dominus Voitlandiæ, periit 23. Februarii anno ætatis 27

Joannes Fridericus Junior, mortuus Jenæ an. Dom. 1565. die 31. Octob. anno ætat. 27
Eberus.

Philippus Ludovicus Comes Hannavienſis, & Reinecenſis, dominus in Mintzenberch. 27 G
anno Dom. 1580. Vveiſſenberg.

Carolus Princeps Anhaldinus mortuus anno ætatis 27
anno Domini 61.

Gerhardus Ranzovius, Pauli filius, enſe trajectus in ſingulari certamine, ab alio Nobili, agens annum 26. abfuit tantùm, per duos menſes ab 27

Lucano Poetæ, propter conjurationem Piſonianam, Nero cædem imperavit, quare venam ſibi ſecandam præbuit. Maſiliam matrem inter conſcios nominavit promiſſa impunitate, annum Enneaticum agens 27

Balthazar Zerach, nobilis Burgundus, Vvilhelmi Principis Aurantii interfector, à quo ſupplicium ſumptum, & à cujus corpore caput præciſum, haſtæ juxta urbis Delfenſis mœnia infixum eſt, circa annum ætatis 27

Hi Anno 18. Enneatico 2. obierunt.

Joachin Rex Juda, filius Joachim Regis, abducti à Nebucatnezero Rege Babyloniæ vixit annos 18 H
& 3. men. 2. *Regum, cap. 24. Daniel, & Joſephus*.

Popilia Felicula, Pia, Sancta, chara ſuis, vixit annos 18
ex monumento Romæ apud Urſinos.

Salvia Dafna vixit annos 18
ex monumento in aſcenſu Quirinalis montis in vinea Matthiæ Morelli Romæ

Viria Primitura vixit annos 18
menſem 1. dies 26. Ex monumento etiam Romæ poſito.

Apoloniæ ipſo flore juventæ rapuerunt fila ſorores annos poſt decem, & octo ex monumento Oſtiæ

Ludovicus IV. Imperator mortuus anno Dom. 912. die 21. Januarii, vix aſſecutus annum 18

Avitus Pſeudo, Antonius, ſive Sardanapalus, interfectus & ad cloacas deportatus anno ætatis 18
Lamprid. Herodia Dion.

Auguſtus Cæſar conſul creatus eſt agens annum 18
quod nemini anteà contigerat.
Cuſpinianus.

Hermannus filius Rudolphi Imperatoris ſubmerſus in Rheno cum 14. nobilibus anno ætatis 18

facta

facta glacie 20. Decembris Anno Domini 1288.

A Ladislaus Rex Ungariæ, ac Bohemiæ, Alberti Imperatoris filius poſthumus, & Sigiſmundi Imperatoris ex filia nepos, morte ſubitanea, cùm ſponſam expectaret Caroli Francorum Regis filiam, veneno ut quidam volunt periit, ac intra horas 38. ſanus vivus, & mortuus fuit, & diſceſſit die 21. Novembris anno ætatis 18

Vvenceslaus Junior Rex Bohemiæ traiicitur gladio, anno ætatis 18

Ludovicus Petri II. filius, Rex Siciliæ obiit anno Salutis 1355. die 16. Octob. cum præfuiſſet regno 12. annos adeptus id anno ætatis 5. & ſeptimo menſe, & ſic periit anno Enneatico 18

Margareta Roſenkrantzia ex nobili Danica familia, obiit anno ætatis 18

Hugo à Maxen Luſatius, genere, & virtute nobilis, anno ætatis 18

Angela Curionea nobilis puella peſtilentiæ ardore triduo conſumpta è vita migravit, Anno Dom. 1564. 4. Non. Aug. ætatis 18

Probina Gracilis conjux, ut ex Epitaphio Romæ in Quirinali colle conſtat, vixit annos 17. menſes 10. dies 20. Ergo
B periit ætatis 18

Joannes Rantzovius, Henrici regii in Holſatia Vicarii filius periit Heidelbergæ peſte, cùm ſe eodem unà cum illuſtriſſimis Holſatiæ Principibus Friderico, & Philippo contuliſſet, ann. Dom. 1582. die 17. menſis Octobr. qui ſi adhuc 4. menſes vixiſſet, ætatis annum Enneaticum attigiſſet 18

Elisabetha filia D. Huſani nata eſt Suerini 11. Novemb. inter horam 1. & 2. ſublucanam, anno Dom. 1570. mortua 28. menſis ejuſdem, vixit 18

Christophorus Alfeldius Borchardi filius, obiit Luneburgi, an. Dom. 1572. Sept. 17. annum agens 18

Ida Rantzovia. Mauritii filia, obiit ſponſa an. Dom. 1580. 23. Januarii, anno ætatis ſuæ 18

Hermannus Carſtenius, Hermanni filius, Lubecenſis ſtudioſus, obiit Roſtochii, ut ex monumento D. Mariæ conſtat, anno ætatis 18

Catharina nata ex filia Ducum Brunſuicenſium, & Luneburgenſium, conjux Henrici Burchgravii Miſnenſis, & Domini in Plauven, & Geravv, occubuit anno Dom. 1565. 10. die Decemb. agens annum 18
Bruno.
C

Hi Anno 9. Enneatico primo perierunt

Dionysia Verna vixit annos 8. menſes 11. dies 15. Ergo periit anno ætatis 9

Romæ ex Epitaphio, cui additi ſunt hi verſus:

Quod ſi longa tuæ manſiſſent tempora vitæ,
Doctior in terris nulla puella foret.

Hannibal obſtrinxit ſe juramento, cogente patre Amilcare, ſe hoſtem populi Romani moriturum, natus annos 9
Polybius, Livius, & Æmilius Probus

Succeſſus vixit annos 9
menſes 4. dies 15. ut conſtat ex Monumento, à Cæſia Gemella matre, filio poſito.

Albertus filius Joannis Comitis Mansfeldenſis anno vix completo 9
periit, anno Dom. 1566. 6. Februarii.
Spangenbergius.

Sequentes perierunt, Anno 49. Hebdomatico 7.

Lucius Craſſius Orator (ut *Cicero* refert. *l. 3. de orat.* (periit
D anno ætatis 49
die 20. Septemb. *Eberus*.

Cato Pompeii partes ſecutus, Uticæ ſeipſum interfecit, poſtquàm Julius Cæſar Scipionem, & Regem Jubam ſuperaſſet, anno ætatis 49

Theodosius Imperator Conſtantinopolitanus vixit annos 49. menſ. 3. & dies 19. genere Hiſpanus, originem à Trajano Principe trahens.

Honorius Imperatoris Theodoſii filius Imperator vixit annos 49
menſ. 11. dies 7. obiit Romæ

Alexander Rex in Judæa, cùm per aliquot annos febre quartana laboraſſet, obiit anno ætatis 49

Tamerlanes Magnus Scytharum Imperator, obiit ante annum 50. ætatis: auctore *Petro Perendino Patrenſe*. Ergo ut ego opinor, obiit anno ætatis 49
anno Domini 1402. die 26. Januarii. *Cuſpinianus*.

Ladislaus Jagellonus Rex Poloniæ anno ætatis 49 E

Conradus Celles, primus Poeta in Germana, mortuus Viennæ, 4. die Feb. an. Dom. 1508. vixit anno 49
& dies 2.

S. Thomas Aquinas Doctor Angelicus, Ordinis Prædicatorum, ex illuſtri comitum familia in Campania, diſcipulus Alberti Magni, obiit anno ætatis ſuæ 48. Ergo non multum abfuit ab anno 49
Sixtus Sinenſis.

Stephanus Rex Angliæ moritur anno Dom. 1154. 8. Calen. Novemb. Annum agens 49

Imperator Andronicus III. Palæologus, vixit annos 49

Joannes Intrepidus. Dux Burgundiæ, contra datam fidem à Delphino Franciæ eſt inſidioſè interfectus, ætatis ſuæ an. 48. tertio Idus Septembris, quare aliquot menſes abfuit tantum ab anno 49
Pontius.

Nicolaus de Rudolphis Cardinalis Florentinus 49

Rex Joannes Legionis, & Caſtillæ 49

Camillus Palliotus Bononienſis, Poeta elegantiſſimus, Orator facundiſſimus. Græcarum litterarum non ignarus, periit in gymnaſio Felſineo, anno ætatis 49 F
Gauricus.

Joannes Paulus Baglionus Peruſinus in mole Adriani fuit decapitatus, juſſu Leonis X. anno 49
Junctinus.

Bartolus, ſpeculum, & lucerna Juris, in quo, ut ajunt Doctores, fuit ſubſtantia veritatis, moritur, cùm egreſſus annum Climactericum, inchoaſſet quinquageſimum an. Chriſti 1353.

Palmerius illum anno ætatis ſuæ 56. mortuum ſcribit.

Frater Cyriacus ſervorum ordinis in arce Cremonæ ſeipſum interfecit, vixit annum 49
excedens.
Junctinus.

Balthasarus Rantzovius, Epiſcopus Lubecenſis, & Præpoſitus Sleſvicenſis, in Arce Epiſcopali Coldenhaven, ab inimicis Regis Daniæ Chriſtierni III. cujus Senator fuit, ut pecuniam ab ipſo extorquerent, captus: mortuus eſt anno Dom. 1547. anno ætatis 49. Cum Epiſcopatui præfuiſſet, annis 2

Jacobus Bordingus, Antuerpiæ natus, Regius Danicus Medicus 49

Joannes Functius, qui in publicis ſtudiis propter ſupputationes Chronologicas benè eſt meritus, capite truncatus Regimonti anno Dom. 1566. die 28. Octob. Cùm ſe imprudenter negotiis Reipub. immiſcuiſſet 49 G

Modestinus Piſtorius I. D. Profeſſor, ac Conſul Lipſenſis. 49

Joannes Schneidevvein Juriſconſultus, qui edidit commentarios in Inſtitutione, anno ætatis 49
obiit Zerveſtæ apoplexia, alii ætatis 51. die 4. Decembris, anno Domini 1568

Joachimus Eichorn, Abbas in Einſidel, obiit an. ætat. 49
Panthaleon.

Mareschalcus S. Andreæ, occiſus in prælio die 19. Decembris anno ætatis 59
Junctinus

Ernestus Senior, Dux Luneburgen. 11. Januarii, ætatis 48. periit ergo anno 49

Ernestus Dux Saxoniæ, Magdeburgenſis Archiepiſcopus Halberſtadenſis Adminiſtrator, vixit menſem 1. dies 10. annos 29
obiit 3. Auguſti, ut conſtat ex monumento, quod ipſe vivus ex ære poſuit, ut poſteris pietatis, & amoris ſui memoriam relinqueret. H

Alexander Achillinus, Bononienſis Philoſophus (ut *Gauricus* ſcribit) obiit Bononiæ die 2. Auguſti anno ætatis 49

Nicolaus Comes Serini 7. Septemb. in ipſis portis arcis Sigethæ à Solimanno Turcarum Imperatore obſeſſæ, tribus globis percuſſus à Janitzeris, viriliter pugnans periit an Dom. 1566. cum vixiſſet annos 48. ut ex ejus conſtat Epitaphio, quod extat in monaſterio Divæ Helenæ. Ergo interfectus annum agens 49

Quidam illi tale Epitaphium poſuit,

Servatæ à me diù nunc me ſervabitis, inquit,
Arces, & pugnans Serinus occubuit.
I, modo te jacta quantumvis Roma, Liburnis
Sunt, & quæ mortem pectora deſpiciunt.

Her-

Hermanus Vechteldus Patritius Brunſuicenſis I.V.D. & in A Lubecenſium Repub. Conſul, vixit annos 49
Menſ.4. dies 14. ut in ipſius Epitaphio Lubecæ legitur.

Joannes à Burchen, LL. Doctor Francofurti ad Oderam obiit 24. Novemb. anno ætatis 49

Joannes Albertus Dux Megapolenſis, Udalrici frater, princeps literatus, & amator Aſtrologiæ, obiit 12. Februar. anno Domini 1576. ætatis 49

Marcus Antonius Columna, nondum quinquageſimum ætatis annum attingens ingentis colubrinæ pila ictus, occubuit 49
Jovius.

Maximilianus II. Imperator filius Ferdinandi, gener Caroli V. pater Rudolphi II. Cæſarum, mortuus eſt Ratisbonæ in Comitiis, natus annos 49
Menſ. 2. dies 10. anno Domini 1576. 12. Octob.

Conradus Geſnerus, intimorum naturæ, arcanorumque inveſtigator, obiit ann. Dom. 1566. die 13. Decemb. anno vitæ ſuæ 49

Erneſtus Dux Luneburgenſis moritur anno Dom. 1546. 11. Januar. annum agens 49

Hi Anno 56. perierunt Hebdomatico 8.

Saturnus fundator Babyloniæ obiit anno ætatis 56
B *Beroſus.*

Nemrood imperio Babylonico præfuit annis 56

Dion Syracuſanus, qui Dionyſium ex Sicilia ejecit, interfectus eſt anno ætat. 56

Cephrenes Rex fuit Ægypti annos 56
Herodoto teſt. lib. 2.

Romulus primus Rex Romanorum, qui civitati nomen indidit, Sabinos in urbem recepit, Centum Senatores à pietate, Patres appellavit: tres equitum centurias inſtituit: plebem in triginta curias diſtribuit, aut interfectus à ſuis, aut igne cœleſti conſumptus 1. Julii, completo anno 55
Solinus. Livius. Dionyſius.

Manaſſes 13. Rex in Juda præfuit regno annis 55. 4. *Reg.* 2.
Ergo regnavit uſque ad annum 56

Pigmalion Rex Tyri periit anno ætat. 56
Joſeph.

Pub. Scipio Africanus minor in lecto mortuus inventus, & ut *Victor* ſcribit, obvoluto capite elatus eſt, ne livor in ore appareret. Cicero in ejuſdem ſomnio. Nam cùm ætas tua ſeptenos octies ſolis anfractus, reditusque converterit, duoque ii numeri, quorum uterque plenus ſummam tibi fatalem con- C fecerint. Carthaginem intra 6. menſes delevit, Numantiam fame vicit. *Florus, Vellejus Paterculus.*

Julius Cæſar devicta Gallia, Alexandria, Ponto, Africa & Hiſpania 40. Elephantis triumphans urbem ingreſſus, Dictaturamque gerens, conſpiratione Caſſii, & Bruti in curia Pompeii XXIII. vulneribus acceptis occubuit, die 15. Martii.

Auctor Romani Julius Imperii.

Vixit annos 55. menſes 8. dies 4. ſepultus in campo Martio. *Dion. & Tabulæ Capitolinæ*, & per omnem vitam quinquagies collatis ſignis cum hoſtibus dimicaſſe dicitur.

Pompejus Magnus, qui Sertorium vicit: piratas intra quadrageſimum diem ſubegit: Tigranem ad deditionem, Mithridatem ad venenum compulit. Cæſarem exercitum dimittere juſſit, mortua prius Julia Cæſaris filia, conjnge ipſius, qua morte diſſoluta eſt Pompeii, & Cæſaris conjunctio, & egreſſus annum ætatis per aliquot menſes 56
bellum civile agitare cœpit: Sed ſuperatus à Julio in campis Pharſalicis, cum in Ægyptum ad Ptolomæum fugeret, cujus patrem exulem in regnum reduxerat, & multis beneficiis af- D fecerat, ab ipſius miniſtris perfidè in conſpectu uxoris Corneliæ trucidatur, Calend. Octob. & natus prid. Cal. Octob. *Ut Plinius ſcribit.*

M. Antonius Triumvir cum Octavio, & Lepido multos Nobiles Romæ proſcripſerunt, & interfici curarunt, Brutum, Caſſiumque interfectores Cæſaris bello proſecuti ſunt.

Tandem inter ipſos diſſenſione orta, Antonius ab Octavio in Actiaco littore victus, in urbe Alexandria obſeſſus, cùm aliquoties infeliciter dimicaſſet, & ei falsò nunciatum eſſet, Cleopatram ſibi conſciviſſe mortem in habitu regio, & in ſolio regali ſedens ipſemet ſe interficit, agens annum 56
ſermone fuit promptus, ferendæ in alios invidiæ artifex, diſcordiis, & ſeditionibus potens, raptor, largitor, ſed tamen bellandi gnarus, & novarum rerum cupidus. Et cum Auguſtus Ægyptum ſuperavit menſe Auguſto, ut ex *Oroſio, & Mabio* conſtat: Antonius etiam ſeipſum menſe Auguſto interfecit, aut paulò poſt. E

Auguſtus præfuit Imperio Romano 56

Quemadmodum, & Henricus III. regno Angliæ 56

Virgilius Poeta Brundiſii moritur 56
alii ſcribunt 52. die 21. Septemb.

Horatius Poeta moritur anno ætatis 56
quanquam alii ſcribunt, ut *Euſebius*, illum hunc exceſſiſſe.

Tiberius Imp. ſuſcepit imperium anno ætatis 56

C. Julius Agrippa Præfectus in Britannia obiit 56
13. Septemb.

Plinius 2. Veronenſis ſcriptor naturalis hiſtoriæ, ab Ætna ſuffocatus, Craſſiore caligine ſpiritu obſtructo, ut *Cajus Plin. Cæcilius Junior ad Marcum* ſcripſit anno ætat. 56. 2. die Nov.

Conſtantinus Conſtantini Magni pater, quem genuit ex Helena filia Regis Angliæ, Eboraci in Anglia moritur 56
Zonar. Nicephor.

Monica, mater D. Auguſtini, ut ex *Auguſtino* conſtat *l. 9. Confeſſ. c. 11.* 56

Paula Romana, quæ genus paternum duxit ab Agamemnone, Maternum à Scipione, & Gracchis, in Bethlehem mortua eſt, anno 56
Supervixit tamen 8. menſes, & 20. dies & obiit die 26 Januar. F ut Hieronymus *in Epitaphio Paulæ Tom. 1.* annotavit.

Caigninus Cato, ex veteri Catonum familia oriundus, Romæ quinquies Flaminem Dialem, ter Prætorem, bis Cenſorem ſemel Dictatorem, quinquies Conſulem geſſit. Roſannam amavit virginem Veſtalem, filiam Cn. Curtii, ob quam exilio mulctatus maximo cum probro infamis, obiit anno ætatis 56
ut *Aurelius Imperator in Epiſtola* ſcribit.

Valentinianus Major Imp apud Bergentionem legationi Quadorum reſpondens, impetu ſanguinis voce amiſſa ſenſu integer expiravit anno ætat. 56
Nonnulli ſcribunt citius anno 54. 17. die Novemb.

Henricus IV. Imper. eo anno ætatis depoſitus ab Electoribus per filium, procurante id Pontifice, ac mortuus eſt 7. die Aug. Ac obſervandum eſt, quòd hoc ei contigit poſt patris mortem an. 49. poſtquam arma ſumpſerat 42. poſt matris mortem 27. Poſtquam à Clemente Romæ fuiſſet coronatus 21.

Hi anni omnes ſunt Climacterici. Corpus ejus ut hominis excommunicati, toto quinquennio Sarcophago lapideo incluſum extra templum Spirenſe inhumatum ſtetit, & ſepulturæ honore caruit. Novies juſtis præliis eum Sa- G xonibus conflixit, in quibus Rudolphus, qui contra ipſum electus erat, occubuit amiſſa dextra, qua anteà Imperatori ſuo fidem obligaverat. *Egnatius* ſcribit, illum cum hoſtibus ſuis 62. arma contuliſſe, fuit eloquens, rei militaris peritus, & laborioſus, ſed in tota ſua vita multis, ac variis caſibus obnoxius, & præ mœrore mortuus.

Pharamundus I. Rex Franciæ incepit regnare an. æt. 56

Conſtantinus VI. Copronymus Imperator obiit prope Conſtantinopolim in Caſtello Strongilo 18. Cal. Octob. vixit aliquot menſes, & annos 56
Theophanes Bibliothecarius. Ioan. Zonaras. 56

Nicephorus Imp. Conſtantinopolitanus interficitur à Joanne Zemiſco in palatio, ſciente propria uxore an ætat. 56
Anno Dom. 969. 11. Decemb.

Attila flagellum Dei nominatus, & in campis Catalaunicis fugatus, 162000. ab utraque parte cæſis obiit in nuptiis ſanguine ſuffocatus, armis invictus victus amore fuit. *Marcellinus. Callimachus. Bucholzerus.*

Simeon Monachus, qui vixit in ſevero ordine, ita ut nominent illum Simeonem in columna, obiit 56 H
die nonarum Januarii. *Calend. Eccleſ.*

Caſimirus I. Rex Poloniæ an. 1194. in convivio, quod proceribus inſtruxerat, hauſto mediocri potu ſubitò concidit, & paucis horis poſt animam exhalavit, ac morbo, vel veneno interiit, incertum eſt, anno ætat. 56
Cromerus. Herbutus.

Fridericus II. Imperator Henrici VI. filius, capto ſuo filio à Bononienſibus, præ dolore in morbum incidit, & in illo à filio illegitimo, die S. Luciæ id eſt 13. Decembris, pulvinari ſuffocatus eſt agens annum 57
anno Dom. 1250. *Hiſtoria Sicula.*

Petrus Arragoniæ, & Siciliæ Rex conto lethaliter in prælio contra Francos vulneratus obiit anno Dom. 1286. 3. idus Novemb. anno ætat. 55. Ergo non multùm abfuit ab anno 56
Hiſtoria Sicula.

Ludovi-

Ludovicus Caroli filius Rex Ungariæ anno ætatis, 56

A Dantes Alegerius poeta Florentinus Ravennæ in exilio moritur an. Chriſti 1321. ætat. 56
A Bernardo Bembo, Petri Cardinalis patre, Epitaphio eleganti honeſtatus.

Rudolphus Habsburgenſis in Imperatorem electus Anno ætat. 56. ex cujus poſteris Carolus, & Ferdinandus Cæſares nati ſunt, & domus Auſtriaca, & Hiſpanica orta. Anno 1291. ultimo Septemb. moritur.

Ludovicus Rex Ungariæ, ac Poloniæ mortuus anno domini 1382. die 13. Septemb. anno ætat. 56
regni 40. Pius, ac religioſus. *Mechovius.*

Ludovicus XII. Rex Franciæ periit anno ætat. 55. non multum abfuit ab anno 56
obiit 1. die Januarii anno domini 1514.

Carolus utriuſque Siciliæ Rex, Ludovici IX. regis Francorum filius, obiit in Apulia 7. idus Januarii, ſepultus Neapoli, vixit annos 56
Panvinius.

Matthias Rex Ungariæ Viennæ apoplexia moritur: & obſervandum, quod anno 14. ætat. ſuæ, unà cùm fratre incarceratus, frater ſupplicio affectus, ipſe magna pecunia liberatus ad regnum Hungariæ pervenit. Formidabilis fuit, non ſolùm B Imperatori, ſed etiam Turcis, ac Venetis, obiit 24. Feb. an. ætat. 56. ſecundum Jovium. Sed *Bonfinius* illum tantum vixiſſe affirmat annos 47.
Epitaphium ejus ſubſcribere libuit:

Corvini brevis hæc urna eſt, quem magna fatentur
Facta fuiſſe Deum, fata fuiſſe hominem.

Joannes Galeatius Vice-Comes, Galeatii filius, Stephani nepos, obiit 3. Nonas Sept. Vixit. ann. 55. Ergo mortuus anno 56
Panvinius.

Joannes Dugloſſus Hiſtoriographus Polonorum 56

Adolphus V. & ultimus ex Scovvemburgenſium familia, Dux Sleſvvici, & Comes Holſatiæ, ac Stormariæ, qui maxima bella cum regibus Daniæ propter Ducatum Sleſvvicenſem geſſit, mortuus Lubecæ an. dom. 1459. die 4. Decemb. an. æt. 56
ſepultus Itzehoe.

Chriſtianus, ſive Chriſtiernus primus, qui in Regem Daniæ, Norvegiæ, ac Sveciæ, nec non ducem Sleſvvicenſem, & Comitem Holſatiæ, diverſis tamen temporibus, ex familia comitum Oldemburgenſium, ac Delmenh. electus eſt, vixit an. 56
C ut colligitur ex archiviis Gottorpienſibus.

Sixtus IV. Pontifex, idibus Auguſti anno ætat. 56

Albertus Marchio Brandeburgenſis, Elector Cardinalis, & Epiſcopus Moguntinus, Magdeburgenſis, & Halberſtadenſis, 24 Septemb.

Jacobus Mutius Attendula ſubmerſus cognominatus Sfortia, maximus dux exercituum, cujus poſteri ducatum Mediolanenſem gubernarunt, non multum abfuit ab anno 56
periit die 3. Januar.
Junctinus.

Ladislaus II. Polonorum Rex, ejectus à fratribus poſt 13. annorum exilium, reditum opera, & beneficio Imperatoris Friderici meditabatur, Aldemburgi in Holſatia, quæ urbs à Sclavis condita, Stargardum olim dicta eſt, ſepultus eſt: vixit annos 55 Ergo mortuus anno 56
Panvinius.

Brachius adverſarius Sfortiæ interfectus eſt à Sfortianis militibus, paulò poſtquam Sfortia ſubmerſus eſſet, ut ambobus prædictum erat ab Aſtrologis, quod colligitur ex *Jovio*, annum agens 56

Martinus V. Pontifex ex Columnienſium familia, Ottho D nominatus, qui in Conſtantienſi Concilio fuit electus obiit 20. Februarii. 56

Albertus Dux Saxoniæ, Auguſti Electoris avus, moritur in expeditione contra Friſios, paululùm excedens annum 56

Clemens VII. Papa, qui unà cum urbe Romana fuit captus à ducibus Caroli V. ſed grandi ære libertatem redemit, Franciſci regis Galliæ filio Henrico II. genito, Catharinam affinem in matrimonium dedit.

Marſiliæ nuptiæ ſunt celebratæ, unde domum rediens difficili morbo, quem nonnulli ortum ex veneno putant, vexatus, annum paulum excedens, 56
rebus humanis exemptus eſt die 25. Septemb.

M. Marcellus de Monte Politiano, qui Conc. Trident. cum legationis munere præfuit, & tandem factus Pontifex (ut Gauricus, & pater ejus prædixerant) minus ſex diebus, vixit an. 56

Angelus Politianus, obiit 24. Septemb. anno ætatis 55. Ergo per aliquot menſes abfuit ab anno 56 E

Franciſcus Sfondratus, Cardinalis, veneno tabifico mortuus eſt. 56
Cardanus.

Henricus VIII. Rex Angliæ, qui Thomam Morum Cancellarium interfici curavit, quod ſummo, novoque ipſius in Eccleſia Pontificatu nollet ſubſcribere, & decollari juſſit, cui ſucceſſit. Eduardus filius ejus novem annorum, periit 28. die Januarii, anno ætat. 56
Cythræus, alii 3. Januar.

Ottho Henricus, Elector Comes Palatinus mortuus, an. æt. 57. per aliquot menſes exceſſit annum 59. 12. die Jan.

Andreas Alciatus Mediolanenſ. Senator, Cæſaris Caroli Jureconſultus, obiit anno ætat. 56
menſes 8. dies 4. die 22. Jan. an. Dom. 1550. Ex monumento.

Carolus Capellius, in Cyprio regno prorex, obiit an. dom. 1547. anno ætat. 55. *Junctinus.* Ergo per aliquot menſes abfuit ab anno 56

Breida Rantzovius quondam Vicarius regius Danicus in Holſatia, Dominus in Bolgenſtede, & Retthvviſche, vir eloquens, ſed in bellis infortunatus, bis captus primò cum copias duceret Chriſtiani III. in Friſiam, à Georgio Schenken duce Carol. V. ſecundo à Chriſt. Comite Oldemburgici in Fionia. F

Albertus Duretus, excellens pictor, & vir ſapiens, obiit anno ætat. 56

Petrus Oxius aulæ Magiſter in regno Daniæ, ſemel in exilium ejectus, poſteà à rege in gratiam receptus, ac iterùm adminiſtratione ejus officii potitus, periit aqua intercute 24. Octobriis anno ætat. 56

Fridericus I. Rex Daniæ, qui Chriſtiernum II. fratris filium ex tribus Septentrionalibus regnis ejecit, & 10. annos regno præfuit 56

Chriſtianus III. Rex Daniæ, ac Norvvegiæ, cui per ſomnium revelat us eſt dies obitus ſui, nempe primus Januar. qui bellum geſſit cum Lubecenſibus, & Carolo V. deinde pacem cum eo contraxit per legatos Spiræ, vixit anno 55. menſes 4. dies 20. Ergo obiit annum agens 56

Cæſar Carolus V. anno ætat. 56
menſe Auguſto profectus in Hiſpaniam, filio Philippo regnum, ac ducatus commiſit, omnibus ſuis ſubditis, ac legatis præſentibus in inferiori Germania valedixit, imperium Romanum Electoribus reſignavit, ac Monaſticam vitam elegit, mortuus eſt anno Domini 1558. die 20. Septembris, agens an- G num 57. & 7. menſes, *Zenocarus, Chytræus.*

M. Antonius Columna obiit ann. dom. 1527. 13. Sept. anno ætat. 56

Comes Albertinus Buſcettus Ferrarienſis, à carnifice decapitatus eſt, & in quatuor partes diſcerptus, anno ætatis 56

Michael Sidonius, Heldingus, Epiſcopus Mersburgenſis, auctor tempore Caroli V. libri, quem Interim nominant, vixit anno 55. Ergo obiit anno ætat. 56

Jacobus Micyllus 28. Januar. ætat. 55. Heidelbergæ obiit: Ergo non multum abfuit ab 56

Comes Hieronymus de Pepulis Bononienſis, obiit morte repentina, cùm vix exceſſiſſet annum 56

Joannes Gerſon Theologus, Pariſiis moritur 56

M. Franciſcus Burchardus Vveinmarienſis, ducum Saxoniæ Cancellarius 15. die Jan. Anno 1560. ætat. 56

Georgius Fabricius poeta, cum vixiſſet annos 55. menſes 2. dies 19. obiit 13. Jul. anno Dom. 1571. *Albinus*, ætat. 56

Joannes Jacobus à Vvattenvviel præſes Bernenſis 56

Petrus Ramus agens annum 57. Pariſiis interfectus, aliquot menſibus exceſſerat 56

Antonius Comes de Olemburch, & Delmenhorſt, anno H dom. 1573. die 22. Januar. anno ætat. 56

Coſmus Medices, Magnus Dux Hetruriæ, periit anno ætat. ſuæ currente 55. ergo per aliquot menſes abfuit à 56
periit anno dom. 1574.
Iunctinus.

Antonius Leva Hiſpanus, languore animi, & dolore corporis oppreſſus, ad aquas Sextias in caſtris mortuus eſt anno ætat. 56. *Iovius.*

Chriſtophorus de Mollendorff, Decanus Magdeburgenſis, obiit anno dom. 1575. 2. Octob. anno ætat. 56

Joachimus de Rintorff Canonicus Magdeburgenſis, obiit an. Chriſti 1582. 29. Octob. ætat. 54. *Andreas Wernerus.*

Ericus Dux Brunſuicenſis mortuus eſt Paviæ an. 1584. vixit annos 56. Menſes 2. dies 2.

Juvan Vvaſilicvvitz ſecundus ejus nominis Imperator Muſco-

Muſcovitarum, qui truculenter, ac miſerè Livoniam deva-
A ſtavit, neque ſolùm in exteros, ſed etiam conſanguineos, & ſuos ſubditos magnam tyrannidem exercuit, tandem à Bathore Rege Poloniæ, & Joanne Rege Sveciæ ad pacem ineundam coactus periit, an. ætat. agens 56

Hi anno Hebdomatico 9. & Enneatico magno 63. interierunt.

Orpheus, obiit anno ætat. 63

Anaxagoras Clazomenius, Philoſophus. 63

Ariſtoteles, ut Diogenes Laertius, & Cenſor ſcribunt, 63 Quidam prodiderunt, illum ob ſeptenarium Euripi fluxum, & refluxum ad furorem, vel ad præcipitium adactum, ita ut Euripus Ariſtotelem dicatur cepiſſe, cùm ille capere Euripum non poſſet, alii aconit um bibendo mortuum eſſe.

Demoſthenes, ne in manus Antipatri perſequentis incideret, in templo venenum hauſit è Calamo 63

Chriſippus. 63

Darius, filius Hyſtaſpis, Perſarum III. Rex, qui ex equi hinnitu ad imperium pervenit, Babylonem recepit: hoc an. obiit 63

Q. Fabius Maximus, augur fuit annis 63
Plinius.

Hannibal Carthaginenſis, novem ann. natus, odium
B in Romanos perenne juravit: primò, Saguntum in Hiſpania evertit, & patefactis Alpibus Italiam intravit: Publ. Scipionem apud Ticinum, Sempron. Longum apud Trebiam, Flaminium apud Thraſimenum, Paulum, & Varonem apud Cannas ſuperavit; & cum urbem Romanam capere poſſet, in Campania deliciis elanguit. Deinde à Fabio Maximo fractus: à Graccho, & Marcello fugatus in Africam revocatus, à Scipione ſuperatus, ad Antiochum Regem cofugit, quo victo ad Pruſiam Bithiniæ regem conceſſit, à quo per legatos repetitus ſumpto veneno, quod ſub annuli gemma habebat, ne in manus Romanorum perveniret, obiit completo anno 63
alii an. 70. ut *Æmilius Probus.*

Scipio Africanus Major propterea dictus, quòd Africam ſubegit, & primus qui nomine à ſe victæ gentis inſignitus fuit: Syphatem per Cajum Celtum cepit: Carthaginem expugnavit, Annibalem ſuperavit: Romam clade Cannenſi afflictam inſtauravit, cùm an. 52. vixiſſet, è Curia Romana diſcedens in villam inter Puteolos, & Capuam ſitam ſe recepit, & ibi vitam ſolitariam egit, ita ut intra annos undecim, quos ibi vixit, ne ſemel quidem Romam, Capuamque ſit ingreſſus, & ſic
C mortuus eſt annum ætat. agens 63
Referente in vita privata Epiſcopo Mondeventano.

Cicero fons eloquentiæ Romæ proſcriptus à Triumviris, & capite à Pompilio, qui ob id 25000. coronatorum ab Antonio accepit, truncatus, ætat. 63

Quanquam alii volunt illum cum ingreſſus eſſet annum 64. interfectum, 7. die Decembris an. 40. ante Chriſtum natum. Caput, & manus amputata pro Roſtris affixa ſunt: Cùm prius Fulvia uxor Antonii linguam ex interfecti capite extractam aciculis pupugiſſet. Sed hoc obſervandum, quod ann. 49. in exilium ejectus, an. 56. Proconſul Siciliæ factus, qui anni ſunt Climacterici omnes *Stadius* ſcribit illum vixiſſe an. 63 Menſes 11. dies 5.

Saluſtius hiſtoriographus Romanus, & Ciceronis capitalis inimicus, qui repudiatam ejus uxorem Terentiam duxit, & multas hiſtoriæ Romanæ partes ſumma cum ſapientiæ, & puræ, ac argutæ brevitatis, & elegantis facundiæ laude perſcripſit. Ex quibus nunc conjuratio Catilinæ à Cicerone Conſule oppreſſa: & bellum Jugurthinum à C. Mario
D conſule confectum, & ex cæteris hiſtoriarum libris orationes aliquot, & ad C. Cæſarem de Republ. ordinanda tantummodo extant.

Claudius à militum turba in Imperatorem lectus, puer præceptorem Lucium habuit, natura tamen ſocors, actis, ac ſanguinolentus XXXV. Senatoribus, & XXX. equitibus occiſis, ab Agripina propria uxore veneno ſublatus, ut filium Neronem Imperatorem efficeret, à quo tamen poſteà necata eſt, obiit an. Dom. 55. die 13. Octobris an. ætat. 63 menſes 2. dies 13. *Suetonius, Tacitus Dion. Joſeph.*

S. Maria Virgo Domini noſtri Jeſu Chriſti mater, ſecundum traditionem Euſebii: ille enim ſcribit eam vixiſſe ante conceptum Chriſtum 15. poſt ejus reſurrectionem totidem, cum Chriſto 33. in univerſum. 63 Quemadmodum etiam ex Bergomenſe conſtat, qui hunc verſum recitat:

Virgo parens vixit ſexaginta cum tribus annis.

Et deceſſit die 13. Auguſti, ſecundùm *Hieron. & Viterbienſ.* Alii tamen probabilius ei plus annos tribuunt. ☞ *Vide Locum proprium de eadem Vir.* E

Coccejus Nerva, qui tantum imperavit 13. menſes, & 10. dies, obiit an. ætat. 63 ut *Aurelius Sextus* ſcribit, eoque die, quo periit, Solis defectio facta eſt, die 26. Jan. *Euſebius* autem, & *Eutropius* an. ætat. 72.

Trajanus Imperator, adoptatus à Nerva, vixit annos 63 menſes 9. dies 4. mortuus eſt 11. Auguſti Selimintæ in Sicilia, quæ poſteà Trajanopolis appellata.

Adrianus Cæſar, adoptatus à Trajano, cum eſſet legatus Syriæ, aqua intercute ad Bajas moritur, oſſa condita ſunt in æde Hadriani, quæ nunc Romæ eſt, arx ſancti Angeli, cùm ageret annum 63
menſ. 5. dies 19. *Diodor. Spartiata* ait, cùm ageret annum 63

De his ſuperioribus tribus hæc ſolebant dici: Quid Nerva prudentius? quid Trajano divinius? quid præſtantius Adriano?

Tiberius II. Conſtantinopolitanus Imperator, obiit anno ætat. 63
14. Novembris. *Cedrenus.*

Æmilia Hilaria, matertera Auſonii. virgo devota, vixit annos 63

Fœminei Sexus odium tibi ſemper, & inde F
Crevit devotæ virginitatis honor.
Quæ tibi ſeptenos novies eſt culta per annos,
Quique ævi finis, ipſe pudicitiæ.

Conſtantinus Magnus, Imperator victorioſiſſimus, & in opprimendis Tyrannis feliciſſimus, Nicomediæ inter pias preces expiravit, feſto Pentecoſtes, cùm exceſſiſſet annum Climactericum, an 64. periit.

Cæſar Mauritius Tiberii gener, unà cum uxore, & liberis miſerè à Phoca ſucceſſore ſuo interficitur 24. Novemb. *Cedrenus, Zonaras, Nicephorus.*

Venerabilis Beda, mortuus anno 63 quem tamen *Auctor Speculi Hiſtoriarum*, mortuum ſcribit an. ætat. 70. nonnulli 72.

Ludovicus Pius, Caroli Magni filius, mortuus eſt proximo poſt 63. anno, cujus mortem anteceſſit Cometa, & Eclipſis Solis. *Maria Contr. Pavinius* ſcribit, illum vixiſſe an. 62. & menſes Aliquot, & periiſſe juxta villam Ingelheim, ſepultumque Metis.

Thomas Linacer, Medicus Anglus, multis ſcriptis clarus, qui & Londini collegium inſtituit proximo poſt 63
anno moritur 20. Octob. G

S. Bernardus, natus Caſtilionii Burgundiæ, obiit 20. Auguſti, cùm vixiſſet annos 63
& dies totidem 63
Cœnobii Claræ vallis primus Abbas, & monaſteriorum ampliùs quam 160. fundator ſui ordinis. *Richard. Normannus, in vita S. Bernardi.*

Mahometes Pſeudopropheta vixit annos Arabicos 63

Aomar, aliis Umar, & Haumar, qui enituit inter primores Mahometis ſectatores, à quo deſcendunt Tunetani Reges, inter quos Muleaſſes apud Carolum V. floruit, vixit menſ. 6. & ann. 63

Robertus Apuliæ Dux, febri deceſſit apud Caſiopam Epiri urbem, anno ætat. 63

Georgius Scanderbegius Caſtriotus, Epirotarum princeps, qui Turcicam rabiem a vaſtatione Epiri, ac Ungariæ an. 24. arcuit, mortuus an. dom. 1466. die 17. Jan. an. ætat. 63

Joannes Bocatius Florentius, Aſtronomus, & Poeta, obiit anno ætat. 63 H
Volater. Tritem.

Ebernardus Snepfius D. Theologiæ, trium linguarum peritus, 1. Novembris, ætatis. 63

Georgius Magiſter ordinis Joannitarum, cùm per menſem & 4. dies ſuperaſſet, annum 63
obiit. 63

Sebaſtianus Munſterus Coſmographus, peſte interfectus. 62

Ludovicus Bavarus Imper. paulò antè depoſitus à Pontifice, & Electoribus, cum imperaſſet annos 33. equi ſaltu excuſſus periit an. dom. 1374. die 11. Octob. ætat. 63. *Aventin.*

Hieronymus Aloander, Card. Brunduſinus, è Comitibus Landriæ. Hebraicè, ac Latinè valdè doctus, abfuit an. 63. per 14. dies ex directione Solis ad oppoſitum Martis, ſecundùm Junctinum. Mortuus an. dom. 1479. die 19. Decemb. quo die etiam natus erat, ut ex Epitaphio Romæ conſtat.

Theodoricus Arndes patricius Hamburgenſis, Henrici Bucholtz,

Bucholtz, qui huic non multo poſt in Epiſcopatu ſucceſſit,
A avunculus, auditor Rotæ Romanæ exquiſitiſſimus, Præpoſitus Hildeſemenſis, & Epiſcopus Lobecenſis, moritur anno ætatis 63 anno Chriſti 1506. die 16. Auguſti.

Philippus Cominæus eques Flandrus, qui hiſtoriam Ludovici XI. ejuſque filii Caroli VIII. Et Caroli Burgundi deſcripſit lingua Gallica, eamque ſumma fide, & prudentia, ac ſimplicitate expoſuit. Quorum librorum lectio omnibus, qui in Republica, & principum, ac regum conſiliis, & negotiis hoc tempore verſantur, cognitu utiliſſima eſt, obiit anno Dom. 1509. 17. Octobris anno ætatis. 63

Caſimirus Rex Poloniæ. 63

Joannes Picolomineus Senenſis Epiſcopus, Cardinalis, & Decanus, obiit Senis anno ætat. ſuæ 62. Ergo per aliquot menſes tantum abfuit ab anno 63

Æneas Sylvius Senenſis Picolomineus, poſteà ad Pontificatum evectus, & Pius II. nominatus per aliquot menſes ann. 63. excedens: quanquam alii illum hos annos non aſſecutum affirmant: deceſſit die 15. Auguſti, vel circiter.

Nicolaus Cuſanus Cardinalis, clarus tempore Friderici Cæſaris, Germanus, Rhetor, Mathematicus, Philoſophus, & trium linguarum peritus, moritur 11. Aug. an.
B 1464. ætat. 63

Adrianus VI. Pontifex Ultrajectinus Textoris Fil. qui ex Decano Eccleſiæ Antuerpienſis præceptor fuit Caroli V. poſteà Epiſcopus Dertonenſis, Cardinalis, & ultimo Pontifex, obiit 13. Septembris, anno ætat. 63 Quanquam illum hunc annum exceſſiſſe, Epitaphium Romæ illi erectum indicat. Quod extat in templo Deiparæ Virginis Germanorum, ad circum Minervæ.

Nicolaus de Gadis Florentinus Cardin. obiit Florentiæ anno ætat. 62. Ergo per aliquot menſes tantùm abfuit ab 63

Joannes Dux Saxoniæ, Elector, Friderici frater, & ſucceſſor moritur in Svveinitz 13. Auguſti, ſepultus apud fratrem in templo arcis Vvittebergæ. 63

Beatus Rhenanus, vir doctiſſimus, obiit Argentinæ anno ætat. ſuæ 62. Ergo parum abfuit à 63 Callidius ſcribit anno 63. illum mortuum eſſe ex balneo abeuntem.

Ferdinandus Cæſar, frater Caroli V. princeps mitis, affabilis, temperans, & pacificus, ex tabe catarrhali extinctus eſt, paulò ante ſeptimam veſpertinam Viennæ die S. Jacobi Majoris, anno Dom. 1564. vixit annos 62. men-
C ſes 4. dies 14. horas 20. ergo abfuit tantum aliquot menſes ab anno 63

Vvilhelmus Grumbachius nobilis Francus, Marchionis Alberti partes ſecutus, cujus conſiliis Epiſcopus Vvirtzburgenſis bombarda eſt trajectus, ipſe ab imperio proſcriptus, Grimſtenio, Imperii ſumptibus, expugnato, ab Electore Auguſto ſupplicio affectus, in quatuor partes diviſus, aliquot menſibus annum exceſſit. 63

Philippus Landgravius Haſſiæ, dum unà cum confœderatis Smalcaldicis cum Cæſare Carolo V. bellum gereret, cuſtodiæ traditus, & poſt quinquennium, cùm pax in imperio conſtituta eſſet, à filio Vvilhelmo, & Electore Mauritio liberatus in ſua ditione obiit.

Gabriel à Streitbero anno 1531. die paraſceves oppreſſus, & jugulatus in templo, moritur anno ætat. 63

Francicus ab Halle nobilis Brunſuicenſis, qui ingentes divitias unicæ filiæ, quæ Henrico Rantzovio nupſit, reliquit, & clarus propter multas magnorum principum ad-
D verſitates, & captivitates fuit, quas ſuperavit. Mortuus Antuerpiæ, ubi in Columna primariæ ædis S. Mariæ, marmoreum monumentum illi à genero Henrico Rantzovio, & filia erectum eſt, ſed ab Iconoclaſtis everſum; an. dom. 1553. die 28. Sept. an. æt. 63

Janus Parrhaſius Calaber, Orator, & Poeta celeberrimus, interiiſſe dicitur anno ætat. ſuæ 63
Junctinus.

Jacobus Sturmius, prudentia, & eloquio clarus, obiit 30. Octob. anno ætat. 63
Eberuis, Bucholzerus.

D. Nicolaus Reibeiſec, Juriconſultus Caroli V. Regis Ferdinandi, & Archiepiſcopi Saltzburgenſis Conſiliarius, obiit anno ætat. 63

Bertramus ab Alefeld, Vicarius regis Daniæ in Holſatia, & dominus in Lemkulens obiit anno ætat. 63

Georgius ab Halle, Caroli V. olim peditum ductor, apoplexia mortuus anno 63 E

Hilmarus ab Monichauſen, olim etiam Caroli V. peditum ductor, mortuus anno 63

Herbhardus ab Halle, Abbas 34. nobilium ordinis S. Michaelis in Luneborch, obiit an. Dom. 1555. 12. die Decemb. ut ex ejus Epitaphio ibidem magnificè extructo patet, an. ætat. 63

Joannes Gropperus, Cardinalis Gropperi pater, ut ex lapide corpori impoſito Coloniæ videre licet. 63

Dethlevus Bokvvoldius, Dominus in Vvenſim, & Muggesfelde, mortuus anno Dom. 1569. in Febr. anno ætat. 63

Avus, Pater, & Mater Danielis Ranzovii, belli ducis contra Ericum regem Sveciæ, omnes periere hoc Climacterico 63

Avi nomen Antonius patris Godoſchalcus, matris Margareta fuit.

Joannes Baptiſta Aquilanus Orator, & poeta excellens obiit Romæ circa finem menſis Febr. an. Dom. 1544. ætat. 63 *Junctinus* addit cauſam, quod directio Horoſcopi pervenit ad corpus Lunæ.

Joannes Baptiſta Montanus, excellens Philoſophus, & Medicus extinguitur, Teratii in ſuo prædio, Phreneſi, cùm annos multos Patavii feliciter docuiſſet, anno F ætatis 63
anno Chriſti 1551.

Ulricus dux Vvurtemberg, obiit ætatis anno 63
9. Februarii.
Junctinus.

Jacobus Puteus Nicienſis, Archiepiſcopus Barenſis Cardinalis, obiit anno ætat. ſuæ 63
Junctinus.

Fridericus Palatinus Comes Rheni, Elector, anno ætat. 62. die 26. Octob. Ergo non multùm abfuit ab anno 63
Bulchozerus.

Franciſcus Schroderus, Conſul Kilonienſis, obiit an. Climacterico 7. ætatis ſuæ 63
ut conſtat ex monumento lapidi in templo primario patriæ ſuæ inciſo

Doctor Jacobus Maſius, Caroli V. Imperatoris, deinde filii Regis Philippi, in ſupremo Brabantiæ ſenatu, Conſiliarius, obiit anno 1559. Decembris, ætatis 63
Michael Aitſigerus.

Nicolaus Ranzovius, Conſiliarius Regis Daniæ, & Præfectus Steimburgenſis obiit anno 63
quem aliquot menſibus exceſſit anno Dom. 1571. die 5. Febr. G

Hieronymus Frobenius, Typographus Baſilienſis, moritur anno ætatis. 63
abfuit per aliquot menſes ab anno 63

Ottho Biker, Abbas monaſterii Hirsfeldenſis in Archiepiſcopatu Bremen, ex monumento in monaſt. illi erecto. 63

Margarita Ranzovia, Benedicti Alefeldii conjunx, Domina in Gelting, ex lapide tumbæ impoſito die 25. Novembris anno 63

Franciſcus Dux inferioris Saxoniæ obiit anno Dom. 1581. anno ætatis 63
quem aliquot menſibus exceſſit.

Joannes Vicecomes Archiepiſcopus Mediolanenſis obiit Schalari an. nempe 63
Jovius.

Petrus Pomponatius, Mantuanus, in Philoſophia præceptor Jovii, fato functus eſt ſtranguria oborta Bononiæ, ætat. ſuæ an. 63
Jovius. H

Andreas de Holzendorff Canonicus Magdeburgenſis obiit an. 1565. 2. Decemb. completo ætat. anno 63
Wernerus.

Vvolfangus Comes in Barby, & Mulingen è vivis exceſſit Anno Chriſti 1565. 24. Januar. an. ætat. 63
Bruno.

Hactenus *Rantzovius* Neque deerunt iſtiuſmodi exemplorum plauſtra, conſideranti paſſim clarorum virorum monumenta, & obitus. Præmiſſa ſuffecerint, ut demonſtretur Annorum Climactericorum, & Enneaticorum obſervationem, in humanæ vitæ periodo non eſſe vanam, aut inutilem, cum contingat, pleroſque his interire, adeòque periculoſos plerumque haberi: nam etiam qui hos tranſiliunt, frequentius iiſdem cum morbis graviſſimis conflictantur, uti experientia quotidiana compertum eſt.

MEN-